

oblectata
par e. i.
ut sine
46

no ab re
Ab sicut
Inhesisse

Exempla

Exuper
munc



PAULO SECVNDO SVMMO
PONTIFICI.

Cum & ante semper beatissime
Pontifex intellexim: Sancti-
tatem tuam in perquirendis ma-
iorum nostrorum splendidis
gestis dignis mirifice oblecta-
tam: & nunc quo amplior sis. eo maiori quoque
ut par est studio excellentium virorum magna
queque perquirere: quom alia quidem omnia: tu
ea maxime que vel ad diuini cultus ornatum
excolendum pertinent: vel ad sacras patrum
nostrorum institutiones firmandas: illustra-
dosque deduci videantur. Quod profecto stu-
dium non ab re secreto pectori ab ineunte
etate tam firmissimo animi instituto diuinitus
inhesisse omnes facile persensimus: Sed ve-
luti in reddendis populo iuribus iusticiaque ser-
uanda magnos excellit patres. Sic etiam in
emendandis hominum moribus: ac sacris omni-
bus ad veram pietatem instituendis: perfici-
endisque summorum virorum gesta seu exemplar
sibi animo proponat. quod aut imitem egregie aut
longe exuperet. Rem plane summo pontifice
dignam: & quam hactenus vix paucis diuino nepe-
munere contigisse fertur: viris quidem cum
omni virtute summis: tum amplissimis opi-

oblectata.

par est. i. de re
ut conueniam

no ab re

ab ineunte etate
inhesisse

Exemplar.

Exuperet.
munere

De Lxx. interpretibus

bus ac cumulatis: Ex quorū numero si vnus
aut alterum etiam visendum. *S. tue* adduxe
ro neminem factum meum reprehensurum
arbitror. *Leget igitur. S. tua:* si quando ob
ingentiū negotiorū quibus assiduo obruitur
cumulis: parū ocii subripere valet: breuem
Aristee viri quidem grauissimi. de. lxx. In
interpretibus: libellum pridem latinū a me
factum. In cuius profecto lectione. *B. pater*
sacras summorum pontificum vestes: vasa
phialas: mensamq; auream: tum ipsius. *Sacra*
dicta ac templi ornatum omnem sic cernere
putabit ac si ea omnia coram ante oculos iust
rāda exponerētur. Additur in hiis preterea
quod iocundissimum est legenti: quom sapi
entissimorum virorum dicta responsaq; gra
uissima tum mira quedam ac prorsus di
uina sacrorum obseruatio. Accedunt insuper
quales quantiq; maximi ac potentissimi *Re*
gis erga sacerdotem ipsum cultus honoresq;
seruentur. Ex quibus rebus facile colligi
poterit quanta maxima laude extollenda sit
S. tua: cum neglectus diu dei cultus. ac cler^o
ipse improborum insolentia pene concul
catus: tua incredibili industria: tuo labore et
diligentia subleuetur: exorneturq;: ac in
veterem ritum veluti ab exilio reuocatus
summa omnium gratulatione reducitur : :

visendum

Rudi

Vale: S. tua sui Mathie memor

Incipit. Aristee Ad philocratem fratrem

Cum permagni semper feceris philo-
crates: eiusque rei cognitione: mire-
que discendi amore tenearis: rem pre-
stantem et cognitu dignam ad te scribere
statui: que nuper nobis contigit: apud Ele-
azarum summum iudeorum sacerdotem.
Verum enim quo harum rerum facilior ti-
bi foret cognitio: causas primum ob quas
eo missi sumus: inde rem ipsam que verissime
explicare conabor. Quom propter ipsius
rei dignitatem: tum propter eam que ani-
mo tuo insita est rerum omnium noscendi
cupiditatem: Inest namque id homini pre-
stantissimum: ut vel ab historiis: vel ab ipsis
rebus aliquid semper discat. Sic. n. rudis
adhuc animus et quasi infans maxime ex-
ornatur: quom incho pulcherrima queque
et rerum dignissima complectens pietatem le-
ge rationemque sequitur. Igitur cum rerum diu-
narum noticiam magno studio perquirerem
et diuina lex sine interprete cognosci non
posset: nos pro eius translatione legationem
vel vltro suscepimus ad hunc talem virum
qui bonitate et gloria a suis ciuibus et aliis

Ad Philocratem fratrem
Aristee Epistolam hanc
mittit

Eleazarus Iude-
orum summus Sacerdos

Rudis animus

Non quod hac temeritate
diuina lex sine inter-
prete cognosci non potest

Diuina lex

De Iudeorū ge-
nere

More referre

omnibus ornatissimus habeatur quicq; mag-
no decori atq; vsui sit non solum his qui cum
eo vna versantur: sed ceteris etiam ciuibus
quocunq; loco sint. Diuina siquidem lex apud
eos membranis conscripta litteris hebraicis
continetur. Hanc vero rem cupide egimus
sumpta a Rege pficiēdi occasiōe a Iudeorū
coloniis que primum a patre huius Regis qui
urbem et prouinciam obtinuit in egiptum
deducte sunt. Sed quando in harum rerum
mentionem deuenimus: dignum duximus ea
eadē tibi aperire: quo maior idē eēt cognitō
Arbitramur namq; venerando cultui te ma-
gis intendere: quam hominum: et si sanctas
legum constitutiones inquirere. Quod quidē
desiderium tuū p̄ maxime patet: quando ex
Insula ad nos vsq; profectus sis: ea solum gra-
tia vt quicquid vbiq; eēt quod aiūz exornarē
coram cognosceres. Etenim primo que me-
moratu digna visa sunt. de iudeorum genere
ad te scripsi: sicuti accepi ab eruditissimis Egip-
ti sacerdotibus: viris quidem prudentissimis
quo eruditionem tuam. si quo modo possem
iuuarē. Oportet eiz acceptas gratias omnib9
quidem referre. Sed maxime similib9. verū
multo magis tibi cui cognita sit virtus. Neq;
solum ex genere ipso morem referas: sed ad-
dec9 quidem & pulcritudinem eodem mecū

vsui sit

hic Rex p̄
Iomē cū

Redeat v
et discedi
oro

Memoratu
digna

Acceptas
gras refer-
re oib9

Ad Qui
top miti
libros se
mam
adimple
bibliothe

impetu ducaris. Neque enim auri gratia: aut
 quiuis preciocissimarum rerum ad inanem
 gloriam apparatus eos nobis fructus afferunt
 quales ab eruditionis institutione earumque
 rerum consideratione percepimus. Sed ne
 longius prefati nos ad ostentationem exer-
 cere videamur Iam redeat unde discedit ora-
 tio. Demetrius phalereus quom Regis bi-
 bliotece prepositus esset: diligenti cura ela-
 borabat: vt ex vniuerso orbe quo ad fieri pos-
 set volumina compararet. distributis per op-
 portuna loca homibus qui libros emerent
 & transcriberent. Quo studio demum perfe-
 cit: vt quantum in se erat adimpleretur Re-
 gis propositum. Nam presentibus nobis cum
 ab eo peteretur: quot librorum milia congre-
 gasset. inquit: Rex supra ducenta milia iam
 in bibliothecam redacta sunt. Breuique nume-
 rum adimplebo. qui ad quingentorum milium
 summam ascendat. Nunciatur quoque michi iu-
 deorum leges transcriptione dignas esse. Et
 que in biblioteca tua habeantur. Quid igitur
 obstat ait: quod te facere prohibeat. Nonne
 omnia tibi in hunc usum propria subiectaque sunt
 Quom respondisset Demetrius: interpretatio-
 ne opus esse: quoniam ita propriis characteri-
 bus sed in eorum lingua iudei vterentur: que
 admodum & egyptii suarum litterarum dis-

Demetrius Phalereus
 Regius Archinarius
 fuit

Regis biblio-
 theca.

Duceta milia libros in
 Regis bibliothecam re-
 dacta sunt. et Demetrius
 respondit Regi Pto-
 lomeo

Demetrii Responso

Redeat vni
 de discedit
 oro

Ad Quinge-
 tot milium
 librorum sum-
 mam adimplere
 bibliotheca

vsui sit

ic Rex
 omnia etc

democriti
 digna

cepta
 eas refer
 re oibz

fallunt: qui Syria
lingua illos loq
putant

Sosibius &
Andreas pre
fecti corporis
custodum

Aduersus Ethiopu
Regem

uos: etate atq
robore prestates
elegit

positionem ad propriam vocem sequantur.
Nam longe falluntur qui Syria lingua illos lo
qui putant. Cum alius sit illorum dicendi mo
dus. Intercipiens ea Rex inquit: scripturum
se ad iudeorum pontificem: vt omnia perfi
ciantur. Hic equidem tempus adesse ratus
sum. eos liberandi: quos ex iudea Regis pa
ter traduxerat: quaq; pro re sepe rogauerat.
Sosibium tarentinum: & Andream prefec
tum corporis custodum. Ille. n. cum Andrea
ducens per cellem Syriam atq; phoeniciam:
omnia sibi subiecit. Nam hos quidem in co
loniam: illos in predam abduxit: cuncta ter
rore prosternens. adeo vt ex iudea hominu
centum milia in egiptum deduceret. Ex quo
rum numero armatis electorum triginta mi
libus: eos in prouincie custodiam disposuit.
Antea quoq; & multi cum persis atq; ide ali
is cum sociis. Qui aduersus ethiopum Regē
cum Sanimitico missi sunt: venerant: sed non
tanta multitudine affuerunt: quantam solus
ptolomeus lagus deduxit. Nam sicuti dixi
mus ille viros quosq; etate atq; robore pres
tantes eligens armauit. ceteram vero coluui
onem iuniorum senum & feminarum in colo
niam instituit ea mente: vt si quando milites
sui ob bellorum necessitatē insolescerēt. Nos
igitur qui ad horum hominu libertatem mo

Syria atq;
Phoeniciam
omnia sibi subiecit
at

Deus Regi
fortunat

Insolescerent

dum aliquem quemadmodum dictum est:
perquirebamus. sumpta tunc opportunitate
verbis huiusmodi ad Regem vsi sumus. Nō
absurdum est Rex si aliquando accidat: vt
quis ab ipsa re redarguit. Nam cum omnib9
iudeis vna sit lex: quam nos non solum tran-
scribere cupimus: sed interpretari. Qua ra-
tione ad eos mittemus: quando in regno tuo
detinetur magna eorum multitudo. Verum
enim diues animus & prestās solutis his qui
erumnis habentur: legem petent. presertim
quando deus ipse regnum tuū fortunat qui
illis eam: legem dedit: propter quam tanto
pere laboram9. Omnium enim factorem &
creatorem deum isti colunt: quem & morta-
les omnes. Sed nos Rex aliter denominan-
tes Iouem appellamus: quemadmodum non
insipienter maiores nostri significarunt. quō
singula que sunt per eum & fiant & viuāt quē
ductorem omnium & dominatorem volunt.
Qui & si omnes mortales subiectos habeat:
tamen splendore animi prefulgens implorā-
tium vota minime fallit. Sic & nos animo
deum precari debemus: vt mentem nostrā
erga omnium libertatem instituerat. Nam
cui figmentum dei genus hominū sit & mu-
tetur rursus atq; vertatur ab eo: propter hoc
sep9 multisq; modis pcamur dnatorē cordiū

Ad Regem huius
verbis vsi sunt.

Deus Regni
fortunat

Sic deum precari
debemus

Syria atq;
Thonica
oia sibi facit
at

in sole fecerit

ea perficere : que imploramus . Hoc equidē
sermone magnam spem conceperam rei pa/
trande : quom presertim recta precantibus
diuinum quoq; numen adsit . Que . n . ad iusti
tiam : atq; bonorum operum rōnem tendunt
si ea homines sancte agere nituntur domina/
tor omnium deus illorū actiones affectusq;
dirigit . Rex tunc paululuz se inclinās : vultu
exhilarato : quot inquit milia esse arbitraris ?
Andreas qui aderat : breui respondit : supra
centum milia . Tunc Rex : parum est inquit
quod nos orat Aristeeas Sosibius autē & astā
tiuz quidam dignum est aiūt tua magnanimi
tate Rex . si horum libertate; pro gratiarum
munere maximo deo offeras Nā quom maxi
me honoratus es a dominatore omnium : &
sublatus super maiores tuos : decens quoq; est
vt maiores etiā tu gratias referas . Hic Rex
continuo in leticia effusus . cōquiri omnes pre
cepit : ac singulorum corpora dragmis vigin/
ti redimi : proponiq; super his edicta celeri
hac in re promptitudine vsus . De 9 . n . deside
ria nrā perficiebat : impellebatq; nō solū liber
tati reddere : qui ab exercitu patris trāsdue
ti fuerāt : sed om̄s qui & prius : & postea quo
cūq; modo in regnum puenissent . Preciū autē
redēptorū supra quadrīgēta talenta ascendit

Quo pacto Morta
les deus dirigit

Rex se inclinās
sic ait .

Andreas sic bre
ui respondit su
pra Centum
Milia

Rex cōquiri des
precepit ac sin
gulos dragmis
vigin redimī .

Diuinum
numen adsit

Rex ait
parū est
quod nos
oratur
vultu

6
Edicti vero exemplum ad te transcribere
haud absurdum duxi: quo clarius appareat &
rei magnitudo: & Regis facultas: Deus enim
illum in multorum salutem impulit

Edictum libera
tionis iudeorum

Omnēs qui cum patre nostro per Sy
riā atq; phoeniciam militātes: Iudeā
terrā intrauerūt: abduxerūtq; iude
orū corpora: que ī vrbib9 ī agro: alusq; operi
bus relegauerūt: ea oīa soluere iubem9: & li
bera esse: preterea et iudeos omēs qui p̄ pri9
vel postea quocūq; modo abducti sūt liberta
tati restituere: pro quibus statim in corpus
quodcunq; dragmas viginti accipiāt. Quas mi
lites quidem in cibariorum distributione: ce
teri ex regia mensa sumāt. Arbitramur nāq;
preter patris nrī consilia: pretq; equū & re
ctum hos captiuos deductos: vastamq; regio
nem atq; hominum huiusmodi in egiptum de
ductionem: militum temeritate factam esse
putamus. Satis. n. cōmodi sibi fuerat ex loci
militibus: quando prouincia omīs dicto pare
ret. Cum igitur iusta vniuersis hominib9 red
dere intendamus: atq; hiis maxime quibus

Ecce edictum libe
rationis iudeos

Quintum
nume. Alse

Rex alt
pleu elect
no. orat
vstels

per iniuriam dominatur perscrutantes sin-
gula: que ad rectum iustumque ducunt: ac pie-
tatem ante omnia proponentes: quecumque Iuda-
corum corporum ubique vel in coloniis pro quo-
cumque modo in regnum deducta capite serui-
ant libera esse censemus. Ad hec ne quis dano affi-
ciatur: iubemus ut omnes tribus diebus ex
quo hoc edictum fixum fuerit exemplo li-
bellos porrigant: quibus certo contineatur
quot quisque capita libertati tradiderit. Hoc
non sic perfici: et nobis et regno nostro condu-
cere arbitramur. Eorum vero qui non parue-
rint bona publicentur: quos quisque deferre
noluerit cuiuscumque summa reperies impera-
mus. Perfecto edicto cum id Regi tradere-
tur ut cognosceret an ita ex voluntate sua con-
scriptum esset: et cetera omnia adessent. propter hoc
tamen et qui antea: et qui postea in regnum
puenissent. Rex id ipsum ob magnificentiam
adiexit: moxque accumulata pecuniam depro-
mi ac ministris numulariisque suis distribu-
i iubet. Diebus vero septem perfecta est huius
modi distributio: persolutaque sunt super sex-
centorum sexaginta talentorum milia. Nam
ingens puerorum multitudo cum ipsis matribus
libertati reddita est: et in cuiusque capita pro
Regis iussu dragme viginti appense. Hec
non summa cum voluptate perfici mandarant

Ne quis dano
afficiatur hec
facere iubet hi
Rex observare
res

Qui non paruerint
bona publicentur.

Rex id ipsum
ob magnificentiam
adiexit

ingens puerorum
multitudo cum
ipsis matribus
libertati reddita
est.

Post hoc imperat. Rex Demetrio ut sum-
ma hebraicorum voluminum sibi libello prebe-
at Mos namque Regibus his cuncta edictis pro-
ferre ita ut nec minimum quidem sine rescripto
agatur. propter magnificentiam: ac certam
rerum fidem. Qua propter quo res ipsas ut
oculis cernere possis: rogationis et epistola-
rum exempla readduxi licet. n. ipsis in tabu-
lis cerni liberatorum multitudinem: quoue-
quisque habitu et arte differret

Rogationis vero demetrii ad
Regem exemplum hoc est

Cum instituisses Rex ut volumina
vndique perquirerentur que imple-
nda bibliothecam tuam decentemque orna-
tum facerent id equidem omni diligentia cuncta
perscrutans. tibi significo iudeorum legis li-
bros & paucos quosdam adhuc deesse. Illa quidem
hebraicis litteris et lingua conscripta est. et
propter hoc hactenus suis tantum cognita ad
regias manus adhuc minimeque preuenit. Sed
digna est: ut ipsa quoque inter tuos libros ha-
beatur. quom propter sapientiam: que in il-
la continetur: tum propter eius sublimitatem
utpote diuinam. Cuius rei gratia et apud po-
etas et historicos horum voluminum fre-
quens est mentio: quoniam perutilis sit: et ad

Regis Iulius

*Exemplum Rogationis
Demetrii
ad Regem*

cogendos mores : & respublicas instituēdas
ob hominū prestantiam : qui illic describunt
& rerum venerationem : quemadmodū he/
tateus abderites iquit . Igitur si tibi videtur
Rex: scribatur Hierosolimam ad Pōtificem
vt mittat ad te ex omni tribu sex viros: qui/
dem optimis moribus institutos: & etate ve/
nerandos: ac ipsius legis meditatione doctis/
simos: vt multis omni acumine interpretan/
tibus: consonum quoddam eligentes tātope/
re tuāq; electione dignam conficiamus per/
petuo . vale

Finis rogationis
Demetri.

HAc rogatione accepta: Rex litteras ad
Eleazarum de his rebus decernit: qui
bus significabatur captiuorum liberatio. Ad
dit preterea ad sacerdotū dec9: crateras: phi/
alas: mensam: atq; libamina: auri pondo talen/
ta quinquaginta: argenti septuaginta: & pre/
ciosorum lapidum ingēs precium. precepit
ad hec erarius & artificibus cuncta ad op9 il/
lico prebeant: & pecuniam ad sacrificia: atq;
alios vsus talentorū centuz. Sed quo hui9 ap/
paratus queq; rectius itelligas: regie episto/
le exempla que huiusmodi verbis extat affe/
remus .

*No. sine roga
tionis ad Re
gem*

Rex ptholomeus Eleazaro summo iudeorū
sacerdoti. Salutem plurimam dicit

Quom iudeorum plurimi nrām regi
onē : incoletēt qui hierosolimū adduc
ti fuerāt. eo tēpore quo p se rerū po
tiebāt qui patrē meū i egiptū vincti sequuti
sūt. ex quib⁹ plures in militum ordinem ade
git: fidos quosq; i p̄sidiis collocās: quo auxilio
munit⁹: insolentes egiptios cōpesceret Nos
post vbi regni gubernacula cepimus: benigni
tate erga omēs : tum maxime erga ciues tu
os affecti: eorum supra cētū milia libertate
donauim⁹ in capita queq; digno p̄cio dn̄is red
dito. Studem⁹. n. ea rōne componere si qua
armorū impet⁹ bonoq; a recto deduxit: ar
bitrantes pie id agere: si hoc mun⁹ pro grati
is referam⁹ magno deo: qui regnum nostrū
pace atq; gloria insigni per vniuersum orbē
concelebrauerit. Quapropter alios qui in ex
ercitu seruibāt: vt contubernales essēt effeci
mus: Alios qui fide digni haberentur: aule
nostre prefecim⁹. Sed cū his vniuersis qui p
orbem spersi sunt iudei: grata edere cupiam⁹
Institum⁹ legem vrām: que hebraicis lris cō
tinetur: in grecam transferri linguam: vt &
ipsa quoq; in bibliotheca apud nos cum aliis
regiis libris habeantur. Recte igitur facies

*Ep̄la Regi. Ptholo
mey ad Eleazarū
iudeorū Sacerdotē
proximum*

et rem nostro studio dignam: si ex omni tri-
bu sex elegeris seniores: qui p̄ optie educati
sint: quiq; ad iterptādum optimi sint. Nam
quando ad eam interpretandam acutiori me-
ditatione opus est ex plurimum considera-
tione verum elicietur. Arbitramur siquidē
tantopere perfecto magnam inde nos glo-
riam assecuturos. Mittim⁹ igitur harū rerū
gratia Andream custodum corporis nostri
principem: & Aristeam viros quidem apud
nos honoratos: qui munera ad sacrificia ali-
osq; vsus offerant argenti talenta centū. Tu
vero si ad nos rescribas: siquid ē quod deside-
res. rem gratam nobis & amicitie dignam fa-
cies: statim enim pficiem⁹ q̄ te cupere intelli-
gemus

Epistola hac accepta Eleazarus
verbis huiusmodi respondit

Eleazarus pontifex: Regi ptholo-
meo amico splendidissimo: Salutē:
Si vales: & Regia Arsenoe soror &
liberi: bene est. & vt nos volumus.
Ego quoq; valeo: Littere tue magnos nos
gaudio affecerūt: quoz propter cōsiliū tuū
& institutū: tum propter egregiā erga nos
voluntatem. Quibus acceptis: aduocato in cō-
tōez populo: multa de benignitate tua erga

9

nos differuimus: vt cognoscerent oblationes
& pietatem tuam erga deum nostrum: ostē
tantes aureas phialas viginti: quas misisti: &
argenteos crateres quinque & mensam
propositionis atque argenti inde talenta centū
in victimarum apparatus: aliosque usus: quo-
rum sacra indigent que optulerunt Andreas
prestantium vnus apud te: & Aristeas: viri
quidem pulchritudine & moribus insignes:
doctrinaque prestantes: tua profecto instruc-
tione & iustitia rebus omnibus digni: qui no-
bis desiderium tuum quemadmodū & litteris
continebatur plenius explicauerunt. Igitur
cūcta quae tibi cordi sunt: quaeque difficilia perficiemus
Quod magnū amicitiae & amoris argumētum
est maximo. n. beneficio & incomparabili ci-
ues nostros affecisti. Quare ex templo sacrificiū
laudis pro te: pro sorore: pro liberis & amicis
obtulimus: & omnis multitudo orauit: vt be-
ne sit tibi dirigaturque voluntatē tuā in omnibus
& fortunet regnum tuum in pace & gloria.
dominator oim deus: utque sacre legis transla-
tio multa tibi tranquillitate & cōmodo eueni-
at. Peractis sacris nos ex omnibus nā aderāt
omnes elegimus viros bonos & venerādos ex
oī tribu sex: quos vna cū lege mittimus. Bene
itaque facies Rex iustissime: si perfecta librorū
interpretatione viros ad nos dimiseris. Vale

Hi sunt viri: qui ex cunctis iudeorū tribub9.
profecti sunt

Ex prima tribu Ex secunda Ex tertia

Iosephus

Iudas

Nernias

Execias

Simon

Iosephus

Zacharias

Somoelus

Teodosius

Iohannes

Adeus

Bafeas

Execias

Mathias

Ornias

Heliseus

Eschemias

Datis

Ex quarta Ex quinta Ex sexta

Ionatas

Iafacus

Iudas

Anixeus

Iacobus

Iosephus

Heliseus

Iesus

Symon

Ananias

Cabateus

Zacharias

Chabrias

Symon

Somoleus

Sacus

Leuis

Selemas

Ex septima Ex octava Ex nona

Sabbareus

Teodosius

Teofilus

Iason

Iason

Abrahamus

Iesus

Iesus

Arsamus

Teodorus

Teodotus

Iason

Iohannes

Iohannes

Endemias

Ionatas

Ionatas

Danielus

Ex decima Ex undecia Ex duodecia

Iheremias

Samuel

Isaelus

Eleazarus

Iosephus

Iohanes

Zacharias

Iudas

Theodosius

Baneas

Ioiathes

Arsamenus

10
Elifeus

Datheus

Omnes Septuaginta duo

Chabel

Desiteus

Abietas

Ezeceus

Hec quidem ad regiam epistolam res-
ponſa ſunt. Nunc ea ornamenta que
apud Eleazarum inuenimus: & que
miſſa ad eum ſunt: tibi q̄ breui explicare co-
nabor. Vario enim opere ſingulariq; elegātia
perfecta ſunt: Rege non modo cuncta abun-
dantiſſime prebente: ſed ſic artificiū: quoſq;
per ſe circumeunte. vt ne minimum quidem
illis pretemittendi vagandiq; locus daretur.
Mena quidem primo enarranda eſt: quoniā
ſingulari ſtudio expolita ſit. Rex enim in eo
opere preſtans quid atq; elegās reddere cu-
piens: eius menſe que hieroſolimis victimas
reciperet: dimēſiones ornatuſq; expoſcit. Eā
vbi accepit: maiorem ne recipi poſſit rogat.
Quod quoq; & ſacerdotū quidam & aliorū reſ-
pondiſſent nichil prohibere: inquit Rex velle
ſe in quītoplū excellere: ni vereat: ne icōmo-
da ſacrificantiſq; reddatur magnitudo. Nam
nō ſolum quid capiat locus cōſiderādū eſt: ſed
multo magis gratam quandam habitudinem
ad ea ſacra que ſupra preparanda ſunt inten-
dendum. Non enim auri inopia: quādo cūcta
illi abundarent: breuioribus menſuris que

adsit compositam arbitrandum esse: sed ratio
ne quandam eiusmodi dimensionibus perfec
tam oportere ait. Quapropter neque si longior
altiorue fabricetur: recte se habere putaret.
figitur cuncta reuoluens: ut est ingenio ad
Ingula iudicanda: bono promptoque: illa sum
mis artificum ingeniis: variante opere expo
liri iubet. Ita ut quecumque celata essent: ad
speciem pulchritudinemque: plana vero ad me
suram referretur: eius enim latitudinem
duorum cubitorum: Altitudinem vero cubiti
vnius & semissem profecerunt: non lentescente
in folia metallo eius aream superleuente:
sed auro purissimo totam solidam elaborarunt
Huic mensae in circuitu inerat corona palmi
vnius plecte inde & resticula sculpturam con
nexente inter sese resticularum speciem referen
tes: opere interrasili expolite sunt in tribus
lateribus. Est. n. mensa triangularis: & per
singulas partes eandem ad opus dispositionem
habentes: ita ut ad quodcumque te latus vertas
eandem faciem frontemque existimes. Nam si
per adiacentem coronam ad ipsius mensae pla
niciem inspexeris: mire pulchritudinis for
ma refulget. Exterior vero tractus prop
ter excellentem geminorum laterum ful
gorem qui prospectui subiiciuntur oculos
extinxit. Nam triangularis mensa sicut supradixi

11
quocunq; modo vertatur .eandem fron /
tem eandemq; opportunitatem prebet .
Preciosorum vero lapidum ornatus illi in /
erat: per medias finium connexiones. Sic eni /
aliud apud alium disponebatur: vt inimitabi /
lis operis implicationem adderent . Susten /
tabanturq; omnes extenuatis ex auro fibulis
ob infirmitudinem infixi . **A**t iuncture agu /
lis ad constringendum inuicem opus sic con /
cludebantur vt inspectantes fallerent . In
latitudine autem circa coronulam incircuitu
ad superiorem aspectum lapides: qui quan /
dam ouiculorum similitudinem referrent:
componebantur: Iungebantur & grassiores
inde virgule . sculptura paulatim extantes: &
densa inter se positione fulgentes: que mensa
omnem ambiere . Inferius autem sub huius /
modi lapidum ouiculatione: coronulam omni
fructu contextam artificis manus ita expoli
erat: vt in ipsis corone thoris colligatas uuas
spicas: palmulas: mala: oleas: rosas: & simili /
um plura ostenderent . In quibus nexi au /
ro lapides : qui colorem speciemq; fructus
quosq; redderent: mira arte illigabantur .
Que singula in mense circuitu: frontem: la /
teraq;: ornatu simili ambiebant . **C**orone
ouulorum ornatus iungitur . **A**dduntur &
reliqua virgulti sculptiq; decoris: que ab

utraq; parte aurea mensam sic complexa sunt
ut quacunq; vertatur: Eundem sculpture
vndantiumq; plicarum prospectum: & coro
ne elegantiam usq; ad locum pedum retineat
Etenim totius mese solidam altitudinem
digitorum quatuor fecerant: quo in ea pedes
firmius insererentur quos quidem ad ipsa
coronam obscuris clausuris fibule stringebat
ita ut si quando mensa vertatur: utraq; parte
utilis: peropportunaq; esset. & eundem aspi
cientibus decorem prebeat. Mese vero
superficiem meander curuatus sinibus influ
ere videtur. In cuius verticibus alueoq;
preciosi lapides carbunculi: Smaragdi: oni
chini: & cuiuscunq; generis plures decora
specie fulgent. Post huiusmodi amnem tri
cha quedam innectitur: visu mirabile: que
romborum prospectum prebens. Cristallo
electroq; figurabatur. At pedes in lilioru
figuras expolierant artificis manus que re
parandis in ipso vertice foliis: mensam suste
tarent: erectis intrinsecus ad aspectum fro
dibus: in pavimento pes huiusmodi firma
batur. Carbunculi lapidis extensio erat in cir
cuitu palmi vnus: abrupti cuiusdam speciem
visui prebens. producebanturq; in latitu
dinem digitorum octo: quam supra fultri hu
ius onus omne recumbit. Ex hoc autem lapide

12
edera assurgit: que florido acanto innexa
viti implicatur. qua cum vua pendente
vndiq; racemis ad summā vsq; circūambiunt
Sed pedib9 qui quatuor mense suberant simi
lis operis dispositio: prospectusq; vnus erat
Enimvero sic cuncta diligenti arte: prestan
tiq; expertorum hominum opera perfecta
sūt: vt nō vera modo fallerēt. Sed leni quoq;
aura frondiū crepitū exaudias: referētibus
singulis verarum rerum ymages **F**ecerāt
& mense labia vndiq; mobilia: que explicabi/
lis clau9 sic inter sese per operis crassitudinē
innectebant: vt visu cognitu ue iuncture
nusquā paterent. Inerat namq; mense per
totum non minus semicubiti crassitudo. **E**x
quo multorū talētorū sumpt9 ex postulauit
Nam vbi statuit **R**ex prioris magnitudinē
haud qua; superandam esse id omne & lōge
plura quod antea magnitudini adiici concupi
erat: ornatui abundantissime prebuit. **C**unc
taq; pro Regis desiderio excellenter elegā/
terq; expolita sunt arte inimitabili. & pul
chritudine decora
Crateres vero duo ab se ad medium vsq; squa
meo ornatu: opere egregio. visum fallebant
relucentibus per squamarum media lapidib9
multa arte dispositis. **H**os supra **M**eander
fluuius vnus cubiti altitudine ambit lapi/

dum varietate: ac specie inenarrabili cuncta
implicans. Post hunc virgularum ornat⁹
inde rōborum trica ad summum labiū sequēs
retis speciem prebet. Per quorum medium
in clipei formam lapides sic componebantur:
vt non minus digitorum quatuor spacio iter
se distarent. quo fulgore gratior inerat pul/
chritudo. Supra labium vero liliorum coro/
na floribus racemisq; innectitur: q̄ iplicatarū
inter se fumum speciem referens: omnia cir/
cumambit. Hii enim cratheres tali ex auro
ornatu decori supra duas metretas capiunt
At argentei crateres prestantiori decore
exornabantur: opere terfo. In eo enim sic in/
trinsecus singula relucet: & clarius etiam
q̄ in speculis apparere soleant: ne dictu fa/
cile est q̄ ad veri formas expolita essent
Adeo vt si huiusmodi vasa. aliud apud alium
disponatur: vtpote si argenteus crater inde
aureus: eodem ordine statuatur: res pror/
sus aspectui mira efficietur: & que intueri nō
possit: ouiculorum aciem hebetante fulgore
Nam si te ad aurei crateris ornatum verte/
ris tanto splendore varii oculi percutientur:
vt pro admiratione: radiorūq; multitudine:
qui inde emittūtur: abstrahatur animus &
deficiat. Et rur⁹ si ad argētos te deflectere

15
volueris: omnium circum micantibus luminis
effusio ita occupat intuentem. vt omnino ope
ris structuram cernere nequeat

Phialas vero aureas ita perfecerunt: vt certis
vitris eorum media exornarentur. **O**ras &
labia edre: mirtus: atq; oleae: in corone mo
dum ambiret. In quibus preciosi lapides per
comoda queq; loca inferebantur singula namq;
artifices ad excedentiam quandam regie glorie sic
expolierant: vt neq; in regis erariis: neq;
ornamentis neq; vsq; alibi quicquam inueni retur
aut ornatus aut operis elegantioris: **R**ex
enim glorie auidus: in his ornandis curam
quam diligentissimam. sufficientissimamq; habuit.
Nam sepius veniens: opus per sese inuise
bat: atq; opificibus inmixtus: nonnulla mu
tabat studio quoq; ne loco moueatur donec
singula ex sententia sua perficiantur. **Q**ua
propter cuncta queq; eleganter decenterq;
expolita sunt: tum propter **R**egis ipsius pre
stantiam: tum propter pontificis dignitatem
qui tanto loco preerat: ad quem mittebantur **E**t
enim preciosorum lapidum ingens multitu
do & ignota

Sed qui mira magnitudinis prestant: ad quos
milium numerum fuerunt: artificio tamen
cuncta superante. Ita vt lapidum munus ar
tificumq; manus. In quintuplum auri pondus

elegantia precioq; excelleret
Hec idcirco ad te scripsi . quoniam utilitatis
plurimum ad rerum cognitionem tibi allatu
ra putarem . **E**a vero que sequentur cuncta
iter nostrum ad **E**leazarum continebunt
Quod vt clarius intelligas : prouinciã primũ
omnem figurabo . **E**nimvero vbi ad loca
ventum est : urbem in monte suspicimus
totius iudaice regionis mediam sublimem
prospectũ prebentem . **I**n cuius vertice tẽ
plum apparebat : visu pulcherrimum hoc
muri tres circumambiunt : altitudine supra
septuaginta cubitos sublimes . **L**atitudine
ea que ad altitudinem deceret . longitudine
omnem templi apparatus magnifico opere
& decore circumeũt . **P**ortarum vero aspec
tus & lapidum connexiones & super limina
rum nimium decus : summa claritate fulgẽt
vtpote que nulla sumptuum parcimonia : ob
magnificentiam cuncta abundantissime con
structa fuerant . **E**rat & extrinsecus velum
quo templum in circuitu clauditur . appensũ
simili portarum magnificentia quod quidem
visui iocundissimum spectaculũ p̄bebat : tum
maxime quom motũ per pauimentum aura
velum subintrans : illud ad summum vsq;
crispantibus sinibus . vndarum morẽ innotat

14.

Altare illuc pro loco cōuenientissime cōstru-
ctum propter hostias: que super incenduntur
fumario amplectitur. **A**scensus autem erat
ad illud: pro loci magnificentia: per quē de-
center ad decorem simul additi: & cōmodū
sacrificantium sacerdotum. qui talaribus ex-
bisso tunicis induuntur. **T**emplum ipsum ad
oriētem solē versum: occiduo terga mōstrat
eius tractus quandam dimensionem inter se
conueniētia. venusti decoris formā preferūt
Solum omne strato lapide ornatur. **A**quarū
vero receptacula: que plurima ad diluendū
iugularum hostiarum sanguinē funditur:
cōmodis locis occuluntur. **N**am festis diebus
multa v. ctimarū milia ceduntur. **E**teiz tātus
est eductarū aquarū assiduus fluxus: vt phē-
nem fōtem inūdare putes. **S**ed mirabilis est
& fere incredibile subtranoerū cōceptaculo-
rum magnitudo: que ad quicq; vsq; studia per
circuitum tēpli cuncta penetrat. plumbee ad
ea fistule quacunq; per muros templi solum
quibus oīa abluantur mundēturq; descendūt
sunt & apud are basim frequentes aperture
omnibus quidē nisi his qui ministrāt in cog-
nate: quarum influxu & impetu omnis ex ho-
stiarum. multitudine cruor purgeit. **R**ecep-
tarum autē aq̄rū m̄ptitudinē per hūc modū
coniectauim⁹. **N**am cum nos vltra quatuor

stada extra urbem deduxissent ad quēdam locum. Iubent nos subterfluentium vndarū sonitum exaudire: qui michi quidem magnorum vasorum confluxus visus est. Verum enimvero sacerdotum ministerium robore decore & silencio cuncta superabat. omnibus sua sponte laborantib⁹ quādo quisq; institutū opus iniussū curat. Hi quidem ligna: hi oleū hi similia: alii aromata: alii carnes incendentes & roboris excellēciā quandam dexteritatēq; ostētat. Sumptis .n. duobus vitulorū cruribus: que pondo supra duo talēta sint mira i altū facilitate sic decēt piciūt: vt nūq; a loco aberrēt. Similit̄ ouium caprarūq; pōdera iaciūt. Sunt .n. hostie omēs absq; macula & pingui prestantes. Sternitur ad quietem locus: vbi omēs cubāt vnde nullo excitāte: celeres quiq; ad opus pernices exurgunt. Silētiū vero tamē iest: vt cū Septigēti fere ministrorū continuo adsint: & offerētū libanuna: multitudo ingens nec vnū quidē hominē loco versari putes. summa namq; veneratione cuncta & magna dei pietate pficiuntur. Maxima vero omnū illa nos tenuit admiratio: vbi primū Eleazarū ad sacra cōspicim⁹: stola ac vestib⁹ quib⁹ vtitur indutum: & sua gloria astantem & preciosum lapidem fulgore nitentem: ātea nāq; tintinabula in circuitu vestimenti ei⁹ appēsa.

17
suauem concentum reddunt. Inter que puni-
ca mala miro colore: variisque floribus vnum
quodque distinguit. Singulum supra pulcher-
rimis coloribus intextum per quod decenter strin-
gitur supra pectus quod rationale dicunt pen-
det. In quo duodecim lapides varii generis
auro illigantur. quibus cuiuscumque tribus princi-
pium nomina que in initio fuere scripta sunt Spes
natiui coloris inenarrabilis. Caput cidarim ut
appellant ornatur: supra quod miro decore
incomparabili erigitur: regium decus prefe-
rens. Ex qua dependet lamina aurea: fronte
ad supercilia operiens ubi sacris litteris dei
nomen inscribitur. Conspectus profecto summe
glorie plenus: ac tanto misterio dignus. Tan-
tus enim huiusmodi ornatus fulgor emanat
ut horrorem intuentibus turbationemque
incutiat referatque venientis ad se hominis spe-
ciem. At singulorum conspectus ad eo inenar-
rabilis decoris pulchritudo mentem suspendit
ut illorum queque animum in sui considerationem
rapiat. Hinc ad contemplantandam arcem conscen-
dimus que altissimo loco frequentibus turri-
bus: que & ipse magnis lapidibus constructe
sunt iuxta templum communitur: & quantum con-
iectura colligere possumus. veluti ipsius tem-
pli propugnaculum ne si quando seditio: aut tumul-
tus hostium vel impetus ingruat quisquam viam ad

templi claustra penetranda muenire possit.
Quom & adiacentibus speculis acies q̄ turri-
bus: tum dispositis vbiq̄ machinis: atq̄ pre-
rupti ipsius loci vbi muri assurgunt difficulta-
te tueantur. **S**eruatur autem arx ipsa dispo-
sitis i turre robustissimorum iuuenū fidissi-
mis excubiis: qui ob bene de se merita patrie
plurimum debeant. **H**is arcem egrediendi
nulla potestas datur: preter q̄ cū festus dies
adfulserit: idq̄ non nisi ex parte quadam: ac
per vices conceditur. **I**ntromittendi quemq̄
nemini est facultas. **N**am summa diligentia
p̄spicuitate q̄ arcis prefectus si quando aut
rediens quis aut nouus admittatur: ita cūcta
explorat: vt falli pror̄s nequeat. qui i ermes
ac multa rogando. soli duo vix tandem ad-
inspicienda sacra recepti sumus. **D**icebant. n.
& sacramento idem firmabant: omnes qui
quingenti ad huius custodiam semper aderāt
sacro iureiurando adactos: ne supra quinq̄
eodem tempore recipiant. quando omnis
templi custodia: salusq̄ in ea arce consistat
qua victa: nullum esset templi propugnacu-
lum. **U**rbis vero ipsius magnitudo quan-
tum colligere potuimus: ad quadraginta sta-
dia in circuitu extenditur: muro & tur-
rium dispositione: spectaculo digna. **E**am

16

viarum strata : que recto tendant : multis &
opportunitis diuerticulis exornant. **Q**uippe
vt **C**iuitas : que in monte constructa sit : mul-
ta ad ascensus descensusq; facilitatem habeat
Sunt & ad ipsos viarum exitus transcensus
quidam : per quos prestantiores altius ince-
dant : quom alii deprorsus eant : & maxime
ad priuiores vias : ne qui sacra ferunt in mun-
dorum contactu inter eundum polluantur
Quare non iniuria hanc urbem maiores ta-
libus dimensionibus situq; condidere : sapien-
ter locum captantes . **R**egio enim lata ac pul-
chra : hinc ad samaritas : finitimosq; ydumeos
apertis campis extenditur . Illinc consitis col-
libus & cultu leticieq; commodis se erigit .
Ex quo euenit : vt quom prouincia omis fe-
rax sit . & summo agricolarum studio excola-
tur cuiusq; generis fructum abundet **C**iuita-
tes namq; quacunq; magnitudine excellunt :
& felicitas assequitur ocio torpescere solent
& agros negligere : propter frequentes vo-
luptates : quibus illecta iuuentus atq; luxui
dedita effeminatur . **Q**uod quidem Alexan-
drie maxime accidit : quādo & magnitudine
& fortunis longe excellit . **S**iquidem iuuetus
ex agro in urbem confluens : vbi voluptatū
dulcedine distrahitur atq; operum suorum
oblita residet **Q**uam ob causam . **R**ex

causam **R**ex instituit: ne homines in diuinis
morarētur: neue quis supra viginti dies do/
mo abesse posset: idq; nisi vrgētū negociorū
gratia tribuit. **I**n quibus ne longius tempus
tereret controuersie omnes & lites intra quī
tum diem decerni finiriq; iussit. lege pmul/
gata: atq; iudicib9 ad ea ministris q; per regio/
nes institutis: ne iudiciorū longitudine agrī/
cole in vrbe versantes culturam negligeret
Vnde erarium diminutis agrorū tributis dā/
no afficiatur. **H**ec idcirco pstrinximus: quo/
niam singula docente **E**leazaro recte cogno/
uimus **M**agnum igitur illic agricolarum stu/
dium: ingensq; culture sollicitudo homines
habet. **N**am in tanta popularii multitudine
& arborib9 consita regio est: & frumento abū/
dās vbiq; viret. **V**estiuntur iuncis colles: pal/
marum ad hec & glādiferarum arborū mul/
tudo in regione numerari nō potest. **P**eco/
ribus que innumera possidēt vberrima pascua/
tudentur. **Q**ua propter **R**ecte animaduer/
terunt loca huiusmodi multitudini opportu/
na. **V**nde & vrbis apparatus: & pagorum
frequentiam commodissime disposuere. **E**o
preterea immensa aromatum & preciosorum
lapidum auriq; copia ab **A**rabibus affertur.
Prouincia. n. negotiationibus apta: se singulis
velud emporium prestat: & vrbs opificum

17
multitudine abundat. Nā neq; vlli rei que
mari aduehuntur indiget. quādo opportuni
illi portus propius assūt. Apud Astalonem
Ioppem: & Gazam atq; item a ptholomaide:
que a rege condita est Ciuitas: plurima com-
putantur. Vrbs vero ipsa sic in medio horū
quos diximus locos sita est: vt non longe a sin-
gulis absit. ex quibus cuncta facili cursu acci-
piat. Cum presertim vniuersa in circuitu re-
gio longe lateq; culta magnam prestat secu-
ritatem. Circumfluit prouinciam iordanis
perbennis fluius qui ab ortu ipso decurrēs
non minus sexaginta milia passuū ambit. In
huius fluminis vberiori ripa posterioribus
temporibus robustissimi iudeorum: numero
ad sexcenta milia traiecto amne agrum opti-
nuerunt. At hui9oī fluius ipse estiuus men-
sibus plenior factus eodem modo quēadmo-
dum & Nilus agri plurimū inundat. Ingre-
ditur inde & aliud per ptholomaidam flumē
atq; vna in mare exit. Sunt & plures quoq;
torrentes qui Gazam versus atq; Azontum
erumpentes prouinciam omnem irrigant.
Securitatem vero prouincie natura ipsa pre-
stat locorum asperitate. Nā montibus vndiq;
circumscripta regio: hinc ab cissis rupibus flu-
entiumq; concursu. effossis vallibus clauditur
illinc implexis altisq; amfractibus sic vbiq;

cohartatur: vt vix viatoribus per angustas
calles trāsīt⁹ pateat fertur & montibus Ara
bie adiacentibus: eris ferric⁹q; metalla effodi
solita. Sed postea dū perse rerū potirentur
hui⁹modi rōne derelicta sunt: veluti iūtilis
& sūptuosa esset effossio. Hāc. n. cōtumeliam
incole loco cōfinxerūt: ne & regio fossoribus
subrueretur. neue ea occasione inuētis aper/
tisq; faucib⁹ externis. inde aditus in regionē
aperirentur Sed de his hactenus: que ob cog
nitionis facilitatem carptim ad te perstruxi
Philocrates frater deinceps que ad interpre
tationem sunt aperiam. Eliguntur igitur vi
ri optimi. & doctrina prestantes omnes
claris parentibus orti: non Iudaicarum tātūz
Irārum eruditione excellentes: sed qui gre
cam quoq; linguam multa meditatiōe excolu
erint **Q**ua propter ad elegationes: commodi
semp parat⁹q; aderant: munusq; huiusmodi: si
quādo res postulat ipsi obeūt. Cōtiones ete nī
& de lege interrogati: responsa mira facilita
te peragunt: & ad dicendum: & ad iudicandū
prompti: atq; qui omni iam explosa barbarie
ipsi iocundissimorum morum suauitate pre/
diti vite atq; ordinis mediocritatem quādam
quod quidem pulcherrimum est sequuntur
hac vna in re nitentes ceteros superare. vt
& prudentia & doctrina vincant. **H**oc enim

18

illis est studium: hoc perquirunt: in hoc vi-
ribus omnibus enituntur: scilicet ut consuetudine
inter equales imites audiendo respondendoque
alius alii prestet: quom quisque suorum princi-
patu. propter virtutem dignus habeatur ope-
re precium est cognoscere quanta pietate Elea-
zarum obseruent: quantoque illos amore & ip-
se prosequatur. Nam ut pretemittam eius
ad regem litteras pro eorum reditu. multa
in supra rogando homines Andree comen-
dabat: ut omni conatu in eorum gratiam age-
remus. Cui cum respondissemus cure omnia
nobis fore: propterea animo quiesceret ymo
inquit: & longe animo angor. Noli enim Re-
gem virum diligentem: & bonorum amato-
rem quantaque industria prestates viros inquirit
rat. Adeo ut nichil potius ducat: quam ad omnia
loca mittere: sic ubi acceperit egregium quem
pia hominem vel disciplina: vel prudentia sin-
gularem. Nam illum quoque dicere solitum au-
diui: & recte quidem. In hoc magnam Regni
esse tutamen & robur: si sacra quam plurimos vi-
ros habeat iustos & prudentes: quicumque casu
in amicorum comodum consulat: quod quidem in his
experior: qui ab eo mittuntur. Rex. n. iure
iurando affirmat sese huiusmodi homines mini-
me missurum: si propria quedam ingruat necessi-
tas. Sed ob commune civium commodum: pro quo

oīa pati possit. nichil negare audere. Nam & si recte viuendi norma in mādatorum obseruatione consistat. Id tamen rerū cognitione multo recti9 pficitur: q̄ simplicitate assequat̄. His igit̄ atq; hui9mōi plurib9 claruit quo ille aīo erga tales viros afficeret̄: Dicēdum est quoq; breuiter de his que iterrogat9 a nobis Eleazarus disseruit. Nam cū magna ī lege habeat̄ obseruatio de cibis & poculis: & his animalib9 que imūda putātur. Idcirco iterrogauim9: quando oīa vna creatione subsistāt: quārōne quedam vt immunda: ad esum tactumq; reiiciantur. que plurima legis īstitutio habet. In his profecto infoeliciter. Ad ea ille. Non cernis inquit: quā vim habeat cōsuetudo: ad recte viuēdū: qualesq; rerū mutatiōe afferat atq; qui cū malis cōuersātur: facile corruptis morib9 in procliuē labātur: fiantq; per omnē vitam miseri. qui vero sapientib9 & prudentibus assuescunt: ex iustitia qua deterrentur ī rectum bonumq; mutati: vita fortunantur. Animaduertēs igitur hoc noster legislator: cuncta que ad pietatē atq; iusticiā itēdēns: singula non sermonib9 tantū docuit: sed exēplis queq; demonstrans mala prohibuit. ante oculos ponens: cuius queq; gratia a deo creata sint. Demonstrant enim primum: quoniam solus sit deus: cuius potentia constēt singula

19
& regatur: ipseque locis omnibus assistit. Sine quo nec
minimum quiddam subsistat nihilque eum lateat: eorum
quae in terra ab hominibus per claculum geratur sed singula
que aut secum agat quis: aut cum alio contra
hat: aperta illi: atque ante oculos posita esse. fu
tura ceu presentia intueri. Hec igitur omni
studio peragens: id maxime ostendere eniti
tur: ut si quando quis in malum adducitur:
haud quamquam se latere intelligat. neque aliud
quicquam per totam legem animo intendit: nisi
ut dei potentiam ostendat. His igitur ab ipso
initio intentus demonstrat ceteros mortales
qui plures arbitratur esse deos: quam potentiores
sint ipsis diis: quos fatuitate quadam colunt.
Simulachris enim aut ex lapide aut ex ligno
fabrefactis: eorum illas esse formas dicunt
qui suis inuentis utilitatem aliquam ad com
munem viuendi usum attulerunt. Hos geni
bus aduoluti: atque extra sese positi: sublato ani
mo adorant: Quod si quis quale eorum sit
inuentum roget: ignari prorsus quoddam na
tura productum: veluti preclaram illorum
compositionem afferant: quam ipsi non fecerint
Qua in re: vani nempe & stolidi comproban
tur. Nam & nunc multo quidem doctiores
& ad inueniendum promptiores elegantioresque
plures inueniuntur quam priores illi fuerint. Neque
hoc tamen venerantur ut deos quamquam harum rerum

factores & scriptores Grecorum sapientissimi honore dignos putēt. Quid enim Egyp-
tios: atq; his finitimos referam: alius longe
stultiores: quorum alii feras: alii reptilium
insensatorum plurima sibi constituerunt. que
colerent: que adorarent: quibus & viuis &
mortuis victimas cederent. Sapiens itaq;
legislator: atq; a deo in cognitionem omnium
institutus: singula reuoluens: nos vallo infrā-
gibili: murisq; ferreis circumsepit: ut animo
innoxii: & corpore mundi: nulli gentium
prorsus inmisceremur: ac vanis opinioib9 ab-
iectis: solum deum: qui supra omnes creatu-
ras potest coleremus. Quamobrem Egyp-
torum sacerdotes: populi principes: qui & si
multis aberrant: tamen in quibusdam nobis
cum conueniunt. Nos quidem homines dei
appellant: quoniam non sic ceteris eueniat: vt
secundum veritatem dei cultores existant.
sed homines. inensis poculisq; & vmbre de-
diti: quod omne eorum est studium: ventri
tantum indulgeant. que quidem nostrum cu-
rat nemo. ymo per omnem vitam ī sola dīne
virtutis cognitione versantur. ne vlla re pol-
luti: ne ue vanis conuersantes: in crimen laba-
mur. Vndiq; nos puritate cōmuniunt: quom-
ad esum & potum cum ad tantum auditum:
atq; visum. vniuersa enī apud phisicā rationē

70
referens: quemadmodum cuncta vna poten-
tia subsistat: sic & in singul' alto sensu instituit
quibus vteremur: & quibus abstineremus.
vt exēpli gratia vnum aut alterum procur-
ram: ne simplicia tantum verba inspiciens
arbitreris murium atq; mustele & similia
causa. **M**oysem tantopere in ferendis legib9
elaborasse: sed mundiciem contemplandam
emendandosq; mores: ad bene recteq; viuen-
dum cuncta pereleganter instituit. **V**olati-
lium namq; quibus quotidie vesceremur: illa
tribuit que mansueta & puritate a ceteris
seiuuncta: frumēto ac semibus alerentur: **V**t
sunt columbe: turtures: pauones: perdices:
anserēs: & cetera huiusmodi. **A**ues vero qua-
rum vsum prohibet: feras esse iueies: & que
carne pascantur queq; superbientes rapacesq;
suis in alias viribus illate: nusq; cibum queri-
tant: nisi aliarum auium damno: & iniuria: ac
maximē mansuetarum. nec solum in aues in-
uehuntur uerum & edos & agnos rapiunt:
homines uiuentes adhuc & examines contu-
melia afficiunt. **I**gitur translatione quadā ab
his ac similitudine vsus: legislator ea immūda
nominauit. quoniam uellet singula ad conside-
rationem & mentis puritatem referri: atq;
vt quisq; quotidianis exemplis monitus itel-
ligeret: iusticia & equitate vtendum: ne ue

superbiendo aut rapiendo quicquid omnium le-
dendum esse: quod viribus plurimum valeas:
At recte vitam ducendam: viuendumque esse.
quemadmodum ille quas prediximus aues: quae
feminibus vitam degunt: nec nostri generis
quemquam insequi rape aut turbare debere: velu-
ti ea animantia faciunt: que ad esum prohibet
nec vi vlla in re agendum: nec viribus fiden-
dum esse demonstrat: his qui sensu omnino
carent. **T**enetis igitur inquit causam cur nos
ab eorum que prediximus usu prohibuit: prop-
ter eam. scilicet inclinationem que singula ha-
bent. **V**t uero omnibus in rebus quibus assue-
simus ad emendandos firmandosque mores ab
ipsis brutis intenderit aduertere. **N**am quod
precepit nos his quadrupedibus vesci quibus
duo sint labia: & ungulas findunt. **S**ignum:
ut nos quoque operationes nostras ad rectum
bonumque partiamur. **S**ic omnia distribuendo
his signis nos ad iusticiam intendere coegit.
Propter quos etiam a ceteris gentibus diui-
dimur: ne illorum consuetudine criminibus
polluantur. **G**entium namque plerique sibi ipsis
commiscentes magna impietate fedantur. **H**is
prouiucie & ciuitates omnes deturpate: non
solum marium concubitores sustinere: sed
parturientium etiam sanguine inquinati: a filiarum
etiam incestu non abstinent: a quibus nos longe

21

seiuungimur. Vbi uero diuisionis locus signat
circa eundem & reminiscendi caractere admo
nemur. Nam quodcumque scribitur que un
gulas findunt: additur & ruminant. Ex quo
manifeste admonemur ea omnia ad earum
rerum quas gerimus memoria referenda. Na
quid profecto aliud sibi uult illa ruminatio:
nisi ut assidue quadam uite & gestorum nostro
rum recordatione cuncta animo recurrem
uoluamusque. Arbitratur enim cibo uitam: ea
maxime de causa sustentari: quo eius ruminan
di similitudine gesta nostra meditaremur.
cuius & rei gratia & scriptura inquit: memo
ria recordare dei qui fecit in te magna & mi
rabilia. Que profecto si consideres: magna
mirandaque apparent. Primo quidem corpo
ris compago: alimentum transfusio: ac singulorum
membrorum distributio: & mira quedam con
nexio. Verum maiori longe admiratione di
gna uidebuntur si ad unumquemque sensuum aduer
tas: si que sint mentis actiones: & motus inuisibi
les consideres: utque quaque in re ingenii acumen
perspicacitasque eluceat. Unde innumerabilium
pene artium inuentio prodiit. Quapropter
recte iussit meminisse: quemadmodum huius
modi diuina potentia: & fabricatione per
fecta sint: atque ut singula tempore & loco

circumscriptis. memoriam semper reuocans
ad considerationem dominatus omnium &
prefectoris dei. Etenim ut a mensis poculisque
incipiamus: recte iussit tunc deum laudare.
cum mense accumbimus. In qua quidem nec
ad confabulandum concessit: quod diuini
numinis memoriam abiceret. Simili quoque
ratione supra portas & hostia: ea eulogia fi-
gere instituit: que dei cogitationem mentibus
innouarent. Apertissimo. n. id signo ostendit
omne studiū nr̄m ad equitatis puritatisque me-
moriam referri oportere atque in omnibus dei
timorem ante oculos versari precepit. Et quom-
discumbimus: & cum assurgimus dei fabricā
non solum verbo: sed ueneratione laudare:
illarum rerum perpetuum motum meditates
utque diuina sit & incomprehensibilis harum
rerum alternatio. Sic igitur breuiter demon-
stratū ē partiēdi reminiscendique ratio. ueluti
proposuimus eorum que ungulas findunt & ruminant:
Neque. n. uanū quicquid ad animū reddit: uerum
hec dicendi figura usus singula ad ueritatē ac-
commodauit. Nūc uero que gustu auditu ue-
piuntur referamus. Nā ne quid agas: ne quid
audias aut dicendi flumine fixus iniqua labaris
eadem similitudine admonuit. quod quidem
& in pecorum consideratione inspicere licet.
Sunt. n. peruersorum morum mustele & mures

77
atq; his similia animantia: quorum contactum
prohibuit. **N**am mures cuncta fedant: ma/
loq; afficiunt & homini quidem non modo ad
esum perniciosi: sed nec vlli prorsus vsui uti/
les sūt. **M**ustele aut proprium est genus &
supra ea que dixim⁹: vt est ad deturpāda oīa
immūdū. Aurib⁹ p̄terea cōcipit: que ore per/
turiat qui mos hoībus perniciosissim⁹ est. vt
que ipsi aurib⁹ accipiāt: eadem verbis exage/
rantes: maioribus malis inuoluunt. Instātēq;
turpitudinem omībus ipī modis auctā iūque
fedant. **Q**uapropter **R**ex uester huiusmodi
homines sicut accepim⁹ supplicio tollit. **H**ic
equidē inquaz emplamstas te dicere arbitror.
Illos. n. iudiciis supplicio fedaq; nece assidue
īsequitur. **I**lle hos ipōs inquaz refert. **N**am
eorū iercia perniciosa viris p̄ditio est. **I**ubet
nāq; lex nrā: nec sermone: nec opere quemq;
afficias. **S**ed de his ad te hec paucis dicta sint:
quo itelligas nrā oīa lege ad iustū rectūq; di/
rigi. neq; quicq; aut decēter min⁹: aut ex aīmi
impetu factum: sacris in lrīs admitti. **V**erū
vt per ōnem vitā: ac vniuersis operationibus
nostris erga ōnes hoīes mites iusteq; conuer/
semur: dominantis dei nusq; oblitī. **D**e ci/
bis igitur: & inmuudis reptilibus atq; peco/
ribus: vtq; ad iusticiam atq; rectos hominum
mores omīs itēdat sermo: michi quidē recte

dixisse visus est. Addit insuper & de oblationibus vitulorum **Arietū** & hircorū multa differens: quemadmodum illa ex armentis gregibusq; assumentes: mansueta animalia deo cedant: nichil ferum mactent: ne qui sacris adolent: victimasq; faciunt: elatum quid sibi ipsis proponentes: animo eleuentur: sed victimarum mansuetudine exemplo moniti: humiles & omni mente in deum intenti sacra peragant. Hactenus hec ad te scripsi philocrates: memoratu digna. Propter eam que tibi inest discendi cupiditas: que ex his paucis totius legis maiestatem phisicamq; meditationem perciperes. Sed iam redeamus vnde digressi sumus. **Eleazarus** sacris prius de more peractis viros quos ad **Regem** mittat delegit. **Prec**lارا inde munera **Regi** accumulans: nos tuto itinere quietos dimittit. Post vbi vero **Alexandriam** venimus: nunciatusq; est **Regi** aduentus noster: ex templo **Andreas** & ego in atrium admissi: **Regem** comiter salutauim9: reddidimusq; simul & ab **Eleazaro** epistolas. **Illi** q; maximi facerent rem sibi secundam in impetrandis hominibus euenisse seq; voti compotem factum gaudent. ceteros qui mlti negotiorū causa aderāt excedere

23

iubens: viros attuitum aduocat: preter omni
um opinionem. Est enim mos genti: ne lega
torum quisq̃ in Regis conspectum admitta
tur. Et si propter negocia missi redierit Re
gum vero & excellentium urbium legationes
vix trigesima die in atriū recipiūt ac deinceps
habita ratione pro dignitate eorum qui mise
rint & prestantia. Rex itaq̃ emissis omnib9
quos minime necessarios duxit: restitit de/
ambulans: donec venientes se salutassent. Hi
postea q̃ cum muneribus & diuersis pellibus
in quibus diuina lex aureis litteris hebraico
sermone conscripta erat & membranarum
tenuitate: que inter sese quadam ligature ex
cellentia constringerentur exornabatur. re
visu mirabilem intromissi in Regis cōspectu
steterunt. Rex sedulo in eos versus: vt pri
mum virum conspexit: de libris interrogat.
Cum autem illi inuolucra aperuissent: expli
cassentq̃ membranas: diutius hesit Rex: sep
tiesq̃ adorās gratiā iquit vobis habemus viri
maiores ei qui vos misit: maximā uero deo
cuius eiusmodi verba sunt. Acclamantibus au
tem uiris: & omnibus qui vna aderaut: voce
simili applaudentibus: ipse pre gaudio lacris
effus9 ē. Profusa. n. exhilaratio & honoris sub
limitas: lacrimas etiā nolētibus excutit. Hic
admonens: vt libri in suum ordinem redige/

rentur: viros salutans ait: Equum erat viri
ut quorum gratia vos aduocassē: illos primū
venerarer. atq; inde dextram uobis preberē
Propter quod id primū egi: **H**ec uero dies
per omne uite tempus magna michi semper
in ānos erit & celebris: in qua & uos michi ad
fuitis: & euenit: vt aduersus **A**ntigonum
nauali prelio victor euaderem. **Q**uapropt̃
& vos hodie quoq; vna mecum conuiuio leta
ri volumus. **P**rincipes mox adesse īter quos
& me discumbere dignatus est: & omnem
edum apparatus quo utimur depromi im/
perat. **I**ubet & uiris diuersoria q̃ ornatissima
& arci proxima sterni mandat: & conuium
q̃ opulentissime parari. **H**ic **N**icanor me
dicorum princeps **D**orotheum huiusmodi
rerum prepositum aduocans: imperat ut om
ni promptitudine: que vsus decusq; postulat
in singulos expediat: **E**tenī sic a **R**ege institu
tum erat: quemadmodum & nunc quoq; cer
nere licet vt quotcūq; **C**iuitates ad p̃bēda ciba
ria poculenta & lectisternia preparate sunt:
totidem earum rerum prefectos habeant:
qui **R**egibus assistant: homines nulla in re
morosi quicq; quādo opus sit necessaria exor
nēt & multa cū hilaritate iussa prosequantur
Quod quidē ī his maxime factū est. **N**am do
rotheus vir in huiusmodi rebus dexter pro/

24

fususque: quom sibi talium virorum cura demā
data esset: vniuersa que in sua potestate con
tinebantur. in tales vsus pridem prepara
ta magnifice depromit: perhumaniter que cūc
ta exornans. thoros cuique pro regio imperio
distribuit. **I**usserat enim rex eorum partem
mediam coram se: **R**eliquos iuxta sui ipsius
solium discumbere: nihil pretermittēs quod
ad hoīm honorē spectare arbitraret. **P**ostea
vero quā cuique suus stratus est thorus: precepit
Rex **D**orotheo: vt omnibus qui a iudea vene
rant: consuetas ex patrio more dapes & quic
quid concupiscant prebeat. detque cuncta ha
būdanter. ad oblationes & sacra: atque alia vota
peragenda sic vti genti mos est. **H**is per
actis primum omnium **E**leazarum virum
grauem. ac omnium qui nobiscum venerant
seniorem vota facere rogant. **I**lle vt erat
venerandus: stans: inquit: **I**mpleat te **R**ex
bonis omnibus: que fecit omnipotens deus.
detque tibi: vxori: & liberis: & amicis omnia ea
inmota esse: per omne vite tempus. **E**o ad
huc dicente: sequitur diuturnior cum cla
more plausus gaudii & exultationis plenus
moxque rebus iocunditate multa preparatis i
letitiā vertūt mīstris quēadmodū iſtituerat
Dorotheus: festiuissie cūcta prebētibus in quibus

& regu liberi & ornatissimi quiq; ministrabāt
Post vbi vero tempus sermoni opportunum
visum est Rex interualla quedam vt omēs
ordine scdm etatem assederant eum qui
primo loco discubuerat interrogat


Quo nam modo Regnum incolume
in finem vsq; conseruetur

Ille paruimper conetatus inquit: Hoc
maxime modo regnu; optime dispones
si dei mansuetudinem in rebus omnibus imi-
tatus patientia ac longanimitate vteris. Ex-
tollesq; dignos: elatos autem affabilitate ex
malo in penitudinē traduces. Eo collaudato
Rex proximum rogat

Quemadmodum iuste
singula perficere possit

Respondit ille: Si in rebus omnibus
se ipsum obseruet: omnia eum recte ac-
turum. Et si consideret omnem sensum a deo
esse proponatq; sibi ante omnia dei timorem
nulla in re aberrabit. Hunc maxime laudatū
dimittens: tertium dicere hortatur

Quomodo amicos
sui similes habeat

 **C**Viat. Si intelligent te multa meditari
in subiectorum populorum cōmodum
& tu id facias considerans quemadmodum &
deus humanum gen9 bonis afficiat valitudiez

illis: & vite alimēta atq; alia cūcta opportunis
temporibus prebens: Attestatus quoq; &
huic: Ad alium qui illi assederat inquit

Quomodo ī negotiis ac iudiciis per/
agendis: delictisq; puniendis bonam
famam assequatur

Eum ille: Si omnibus te equum ratione
p̄bueris īquit: & nichil superbe: nichil/
q; pro potētie tue viribus cōtra deliquētes
ages. Id autē assequeris: si dei dispositionem
īspicias: qui dign9 sua perficit. peccātib9 uero
vel per infomnia v̄p opere demonstrat: quod
illis nociuum sit: neq; secūdū illorum peccata
neq; pro magnitudine viriū suarum homies
cedit: sed māsuētie: v̄s9 corrigit. Recte &
hoc quoq; collaudato: Ab alio deiceps postu/
lat.

Ut in rebus bellicis
inuietus existat

Cui respondit. Si non armis: si non po
tentie sue fidat: sed deū semp imploret
vt iuste agenti: sibi cōsilia dirigat: Hui9 dicta
recipiēs: alium inde petēs poscit

Quemadmodum īimicis
formidolosus sit.

Cui ait. Si armis & exercitu multoq; ve
luti ad bellum apparatu īstruct9 fueris
Ea tamen oīa diutius ceu vana. prius q̄ his
vtaris: detineas. Nam vt deus ipse antea q̄

maiestatis sue trepidationē incutiat: indicias
quasdam prebet. Exinde omni apparatu deter-
ret. Et hunc item collaudatum dimittens:
Alium interrogat.

Quid sibi optimuz
in vita sit.

ET ille. Si cognoscat inquit. Quoniam
deus mortalibus dominetur: atq; vt ad
optimas quasq; operationes. nō per nos ipsos
cōsilia dirigam⁹. De⁹. n. qui cūctis dominatur
omnium opera perficit: & deducit annuens.
Et hinc alium ordine respondere iubet

Quomodo recte oīa seruans &
illeſa eundem filius statū tradat.

TU milie. Si deū inquit assidue implora-
ueris: vt rectos tibi sēs⁹ ad ea q̄ in poste-
rū pagēda sūt tribuat: & filiis imperaueris:
ne gloria diuitiis supbiāt: sed arbitretur deū
benignitate sua cūcta illis elargiri: neq; p̄ se
alicuius rei substātiā possidere. Eo attesta-
tus Rex: ab alio petit.

Vt bonā & malā famā
equo animo ferat.

AD ea ille. Si tibi ipi p̄posueris inquit cūc-
tos mortales sic a deo creatos: vt maxis
malis iactati: boīs rurs⁹ afficiātur. neq; quis q̄
oīū sit: qui hui⁹ modi alterationem effugere
valeat. De⁹. n. implorād⁹ ē: qui tranquillitatē

76
tribuat. Approbās & hūc: Recte iquit ōnes
responderūt. Sed quando vnū deinceps qui
adhuc supeſt iſterrogauero hec ad p̄ſens p̄ter
mittā. vt ad leticiā preter reliquūz huius diei
iocundiſſime tranſigamus. Deinde ſex qui ſe
quūtur dies: ea que modo pertermittuntur
addiſcemus. His ſimul dictis virū iſterrogat

Quis fortitudini ſit finis

Ille. Si quando periculofa imminēt ait i
reb9 aggrediēdis recte quis cōſuluerit
& p̄poſitū aſſequetur. Tibi. n. recte vtilit̄q̄
cōſulētī de9 cuncta pficiet. Hic acclamātib9
oibus & plauſu viriū collaudantibus: Rex in
phōs verſus inquit. Non enim pauci aderant
Arbitror equidē hos viroſ virtute excellere
ac plurimū iſtelligere qui talib9 rogationib9
ex tēpore tā decēter reſpōderūt. dicēdi iūciū
a deo oēs aſſumētes. Ad ea Menedem9 phūs
p̄fecto Rex ait: quom homo diuinū ſit opus
quod quidē & toti9 mundi fabrica monſtrat
recte ſequitur vt ōnem virtutis & ſermonis
ſui pulchritudinē principiūq̄ a deo deducat.
His vbi rex ānuit i iocūditatē cūcti verſi: con
uiuū ſūma feſtiuitate in noctē vſq̄ p̄trahūt
Poſtridie eodē ordine mēſe parantur. conui
uium trahitur. Cum vero tēpus ad rogādas
ſetētias adfuit: rex eos iſterrogat qui deinceps
ordinem ſeruabant: ab illis qui ſuperiori die

rogati sententias dixerat. Cepit enim ab undeci-
mo rogare: quando pridem decem respondissent.
Conticuerant iam omnes: & Rex poscit.

Quibus nam modis
diuitias conseruet:

Ille dum petita reuoluit paululuz mora-
tus: Si nichil iquit indignum regno tu o.
neq; flagiciose ages neq; vāis rebus & icōmo-
dis sumptus facies: & erga populū tuū te be-
nificū: benignūq; prebueris: & ut de9 bono-
rū ōnium quē sequi oportet: elargitor ē. Hoc
collaudato: sequētem ediffere hortatur

Quo modo veritatem colat
His ille respondit. Si cognoueris q̄ mag-
num dedec9 mēdacia inortalib9 omib9
afferat: & multo maiorē notam regib9 iurāt
Nam quādo ea potētia sunt: vt que volunt fa-
cile perficiāt: cui9 rei gratia mētiētur: Opor-
tet etiā te cōsiderare Rex: vt deus veritatis
amator existat. Hunc quoq; valde approbas:
In proximum respiciens: inquit

Que ē disciplina sapientie
Tu mille: Quemadmodū inquit te malis
expertē optas: & ōnib9 bonis abūdare:
sic hoc ipm̄ in subiectos tibi populos: & delin-
quētes serues. Si optimates prestātesq; viros
humani9 cōmoneas. Etenī de9 māsuētudine
cunctos fouet. Annuēs huic ab alio postulat

27
Quo nam modo clemēs
benignus q̄ sit

Ille. Si consideres ait: q̄ longiori tēpore
quantis & q̄ magnis calamitatibus oria/
tur gen9 hoīnū alatur nutriatur q̄ vnde neq̄
ī eos temere animaduertēdum. neq̄ accusādi
sūt. si reuoluēs īsup: vt oīs hoīnū vita dolori/
bus semp & suppliciis exagitetur: singula ītel
liges: & ī misericordiā profecto verteris. Nā
& deus omīpotens misericors est. Suscipiens
& hunc ordine deinceps interrogauit

Quid in regno potissi
mum obseruandum sit.

Conseruare īquit se a munerib9 ī corrup
tum: atq̄ magnam vite partē inuigilare
iusticiāq̄ āte oīa colore: & huiusmodi amicos
sibi comparare. Iustos etenim deus amat. An
nuens & huic: ab alio petit. vt se doceat

Quid sit pietatis robur

Vm ille. cognoscere ait quia de9 oīa ope
ratur: & vidz neq̄ eū lateat quis q̄ ī iusta
faciēs: neq̄ perperam agens vt enī vniuersū
orbē de9 bono afficit: ita & tu si eū imitaberis
nus q̄ aberrabis Applaudēs & huic aliū rogat

Quis sit regnandi modus

ADea ille: Recte īquit seipz regere: neq̄
copia neq̄ gloria elat9 superbū īdecēse
concupieris: si recte ratiōat9 fueris: sic cūcta

tibi aderunt: quasi nichil sit. De9. n. māfuet9
est et nullius egens: quod tu pro humais viri
bus cōsidera: neq; multa ad regnu3 appetas.
Laudans & hunc alii vt differat suadet

Quemadmodum optima eligat.

Respondit ille. Si iusta tibi semper ppo
sueris: arbitrarisq; iniqua vite priuatio
nem. Nam & de9 semp iustis elegātissima bo
na pparat. Hoc collaudato: assequēte postulat

Quomodo ī somnis quietus sit.

Hic ille. Rem dictu difficilē petis iquit.
Nam ī his que mētē p insomnia agitant
haud quaq; obsistere possum9 sed sensu quodā
modo. irrationabiliū ducimur ex huiusmodi
rebus que accidere solent: & vidē9. Videmur
enī quandoq; pelago ferri: maibus traicere
nūc negociari: nūc pennis sublati volare: loca
mutare: & cetera hui9modi: que mīme fiant
Similiter & que maxime expetimus: ea men
tem ī somnis turbare solēt. Quare Rex omī
negocio quidquid dixeris. quidquid feceris:
ad pietatē intēdēdum censeo: vt te ipm suans
virtute circūualleris nec voluptate irrōnabili
ter pellectus: ne ue potentia filius quod iustū
est tollas. Et enī in quibus quisq; plurimum
versatur vigilās: & per quietē earumdē rerū
cura recurfat. Sed quando omnes rationes &
operatōnes tuas ad pulcherrīa queq; īstituis

28
& vigilans & dormiens: obeā causam optima
in te semper ē tranquillitas. Hoc comprobato
ad alium dixit: Postq̄ tu decimo loco dictur⁹
es: vbi responderis: ad conuiuium conuerte
mur. His simul dictis petiit.

Quemadmodum nichil
indignum agamus

Cuille: Si quid te deceat inquit quid ve
possis: omni in re prospexeris: ne tua
dignitate īdecorum quicq̄ dicendo: agēdove
te excidat: intelliges omnes quibus imperas
de te semper & cogitare & loqui: neq̄ enī mi
nimum ypochritis petas. qui & vultus varie
tate mentem coniectant: ex cuius considera
tione indecenter cuncta peragunt. Tu vero
nulla ypochrifi deturpatus. aperte imperas.
prestante tibi deo multa cum dignitate mo
rum elegantiam. Hic Rex multa cū leticia
diutius applaudens: homines ad quietem di
misit. Post vbi vero hec ad illos loquutus: se
ad sequentis diei cōuiuia prepararent. quod
cum eodem ordine seruato stratum esset: vt
interrogandi tempus Rex adesse putauit:
primum eorum qui nondum rogati fuerant:
sententiam dicere iubet:

Quid sit regno difficillimū.
Ille. Sibi ipī domiari respōdit. Neq̄ ap
petitib⁹ efferri. Inest. n. natura mortali

bus. vt mēte ad aliquid sēp declinet: & plerique ad mensas: pocula: voluptatesq; trahuntur. In quibus multitudo maxie effunditur. At reges subigēdorū populorū cura sollicitat: ad glorie magnitudinē. Sed pulchrum est se in omni re metiri: & que deus dederit studio continere. Inconcessa vero atq; iexpectabilia nec cōcupiscas. His dictis proximū iterrogat

Quonam modo nemini inuideat.

Hec ille excipiens. Si animaduertis primum inquit: deum regibus omnibus impartiri gloriā diuitias & magnitudinē: & illi imperare posse neminem. Nam & si huiusmodi glorie participē se quisq; cupiat: haud tamen potest: dei enim donum est. Virum pluribus laudans alium petens: inquit

Vt inimicos spernat

Tum. Si ille placidus ait erga cōs homines benignitatē exercueris: nullius amicitie rōne habita: Gratū vero se omnibus p̄bere id pulchro dei munere quod optimū ē conceditur. His anuēs alium deinceps respondere iubet

Quemadmodum gloriosus p̄duret

Cuille. Si benignitate inquit & gratia excellēs: erga alios magnificus extiteris gloria te nusq; deseret: que vt tibi assit: deus semp implorādus est. Hoc collaudato proximum respondere precatur

Erga quos habendus sit honor
T ille. His potissimum omnes tribuen-
dum putant: quos amice diligam⁹. Ego
vero opinor erga emulos habendam esse ho-
noris munificentiam: que maxime grata est
quo illos hoc presertim modo ad ea que ho-
nesta sibi sunt & utilia inducamus. oportet au-
tem deum. qui mentibus dominatur precari
vt hec pficiat. His vbi assēsit a sexto exquirat

Quibus gratificandum sit.

A Dea ille. Parētib⁹ iquit āte oēs. Etenī
de⁹ i honorādis pceptū maximū posuit
cēfens amicos secundo loco habēdos quos aīo
pares noīauit. Tu vero rcē facis qui cūctos
homines ad te amandum allicis. Post hunc a
sequente postulat

Quid sit pulchritudine dignius.

I lle: pietas ait. Nam & ipsa pulchritudo
quedam est precellens. eius autem po-
tentia caritas: que quidē dei munus est quā
& tu possides: cuncta & ipsa bona complectēs
Huic magno assensu applaudens: Alium iter
rogauit.

Quēadmodum amissa gloria īstauret
I lle autē ad hec. Quādo quidē inquit cle-
mens oibus gratufq; existis: que res be-
niuolentiā cōparāt. fieri nō potest vt excidas
& magni p̄tera amoruz apparatus maximam

securitatē prestant. Si qui vero cadent ab his
abstineant oportet quorum gratia exciderūt
amicitiarumq; inde cultores iusta agant: dei
namq; donum est bonorum operatio. Vt tali
bus satisfactum est ab alio sententiam querit.

Quo modo sine tristitia viueret.

T Vm ille. Si neminē iquit leseris: oñesq;
iuues: iustitia quosq; prosequēs ab ea hu
iusmodi fructus iocūditas colligitur: Sed im
plorādus ē deus: ne ea nos ledāt: q̄ p̄ter op̄ionez
nrām accidūt: vt sūt mortes: morbi egritudi
nes & cetera huiusmodi. Te autē quādo pius
es horū nichil iſequē. Recte & hūc respōdis
se asserens decimum ad dicēdum exhortatur

Quid sit gloria potissimum

R Espondet ille: Deum venerari: non fa
cris inquam neq; muneribus: verum
animi puritate ac fide candida eius voluntatē
sequi quod quidē & tu pficis. Id firmum ani
mo gerens: vt & quicquid feceris: & que fac
turus sis: omnibus pateāt. Hic Rex cunctos
collaudatos. maiori voce salutat: omnibus &
presertim p̄bis approbātibus. Nam opere &
sermone longe prestabant. quippe qui a deo
sētēciarum pr̄cipiū deduxerāt. Exinde rex
conuiuio leto fruitur. Sequēti vero die mens
solito apparatu instructis: discubuerūt. Cum

76

Rex ex opportunitate: eos deiceps qui ab his
qui pridie dixerat seq̄bāt: it̄rogās a priō petit

An prudentia doceri possit.

Cvi ille. Animi inquit decus quidem est
a diuina potentia fluens: ad suscipienda
bona: renuendaq̄ contraria. Confessus hoc:
proximum interrogat.

Quid potissimū valitudini cōferat

Ille prudentia respondit: que contingit
nemini: nisi deus mētem ad ea prepara
uerit Eo collaudato: ad alium inquit.

Quibus nam modis geni

toribus dignas gratia referat.

Ad ea ille. Si nulla in re ait illos tristitia
afficias. Sed hoc potuit nemo nisi deus
cognitionis dux mētē ad pulcherrima queq̄
disponat. Annuens huic: sequentem postulat

Quo modo sit audiendi cupidus.

Is si existimaueris refert singularū re
rum cogitionē tibi vtile fore: vt aliquid
ex his que audieris ad presens tēpus cōparās
ea eligas: que cōueniētiora videbuntur. Sed
implorandum est: vt diuinum adsit numen.
Ab eo namq̄ operationū oīuz profectio est:
His approbatis: ad alium dixit

Vt nichil contra leges agat:

Tvm ille. Si cognoueris inquit qm̄ deus
legislator mētes it̄lectusq̄ dederit ad

hoīuz vitam bene regendam: leges sequeris:
Approbens & hunc ab alio rogat.

Sic ille. Si accidētia īquit reputare volu-
m9 ī aduersis eorū reb9 & nos vna gra-
uiſ afficimur & p̄mimur. vſ pro cognatorum
mesticie magitudīe. fortunantibus autē illis
gloria īde & decore extollimur. Si vero ne-
gotium inter se benigne susceperint: & cunc-
ta indissolubili glutino se habēt: nichilq; ad se
cūdas illorū res desiderat. Verū orādū ē vt
cūcta de9 secūd3. His itē receptis ad aliū dixit

Quēadmodum intrepidus existat
Ille. Si mens īquit nullius sibi cōscia mali
deum sequatur: qui cōsilia oīa in bonum
dirigit. Hoc collaudato: ab alio petit

Quo modo rcā ratio sibi ī promptu esset

Si hoīnū inquit ille infortunia semp cōsi-
deraueris: reuoluēs q̄les eorū vicissitu-
dines deus afferat: aliosq; gloria sublatos bo-
norib9 prouebat: alios calamitatibus opertos
ignominia deiciat. Hunc bene dixisse asserēs
Alium respōdere hortatur

Quibus nā modis neq; secordia
neq; voluptatibus distrahatur

Ille ī promptu hoc tibi ē ait: cū & mag-
no regno impares & varia negociorū
multitudine tenearis: vt nō ad alium quicpiā

51
traducēdi mētem quies detur. horum igitur
cura verferis oportet: deūq; roga ne quid te
decet p̄termittas. Et hīc a decimo postulat

Quemadmodum noscat
qui in eum dolo agant

Ille ad ea respōdit. Si obseruaueris q̄ quisq;
erga te libertate vtatur: an eosde; sēper
mores habuerit. in salutando consultandoq;
ac reliqua vite conuersatione: nec quicq; eorū
que amicitia postulat pretermiserit ī affecti-
bus: & aliis vite rationibus. Deus uero tibi
Rex ad optima queq; intellectu; īstruet. Hic
Rex noīe quosq; appellās oēs collaudat mox
q; cuncti in iocūditatē vertūtur. Postera die
rex cōiuii oportuitate sūpta sequētē monet
vt ostendere velit.

Que sit maxima diligentia

Tu m ille. Si quis filiorū īquit negligens
fuerit: eosq; nulla ī re erudiat. Deo enī
sēp nota: nō p̄ nobis tātum cōcipim⁹ quātum
p̄camur. vt & liberis nr̄is bona cūcta adsint.
eruditionē & prudētiā impartiat. Nā id dei
virtute eueit. Et hūc recte dixisse obtestat⁹
ab alio petit

Quomodo patrie cultor existeret

Si tibi persuaseris inquit domi viuere &
mori optimū esse: peregrinationē vero
nō egētib⁹ stulticiā: diuitibus dedec⁹ afferre

cei patria suis malis eieci sint: Igitur tu boīs
quemadmodum & facis cunctos afficiens: id
assequeris. Deus. n. in omnibus gratiam tibi
prestabit. Hoc audito: alium rogat

Ut vxoribus accomodandum sit.

Ille. quādo quideꝫ ait feminarū genꝫ sui
cōfidēs est asperū & suorū affectuuz se
quax atqꝫ ī lapsū pꝫiue: propꝫ imprudētiam
& eiꝫ naturā imbecillē: verū ad valitudinē &
comoda nrā vtēde sūt: neqꝫ illis cōtraria sētē
cia aduersādū. Est. n. dirigēda vita: ad certū
aliquē finē: ac veluti nauīū gubernatores sig
nū aliquod itēdere que pꝫfecto oīā: & cetera
cūcta dei īstitutione regūtur. Assentiēs huic
proximum ad differendum hortatur

Quom non decipiatur

AD hec ille. Si singula rōne pꝫsequutꝫ ait
Detractoribus insuasus pꝫstiteris: sed tu
ipse vt excellis: dicta queqꝫ discernēs & facta
operationes tuas certo iudicio directas pꝫfece
ris. Indeceptꝫ rex vt dicis eris. Hoc uero itel
ligere atqꝫ ī his versari ē diuīe potēcie opatio
His dictis Rex effusus ab alio poscit

Quemadmodum nō sit iracundus

Ille Si cōsideraueris īquit: qm̄ is oīuz vita
pendet: si quid per irā agat: mortē pluri
bus affert. quod quidem triste & perniciosū
est multorum vitā regni causa delere: verum

32
quoꝝ oñes obsecūdēt: & pareāt: nec vn⁹ quidē
aduersetur: q̄ de causa irascēdum ē. Sed nosce
oportz: vt de⁹ omī indignatione vacu⁹ vniuer
sum gubernet: quē te imitari necesse ē. Rex
bene & hūc respōdisse dicēs sequētē it̄rogat .

Quid sit bene consulere

Recte cuncta ille ait ex rationis discursu
agere ad propōsitū aliquē finem reiice/
reꝝ inutilia & rationi contraria: vt mēte per
singula discursante: bene consulendum pro/
posituz adipiscamur. Sed omne consilium est
dei virtute firmissimū tibi presertim pietatē
exercenti. Applaudens & huic alium dein/
ceps respondere iubet

Quid sit philosophari

Recte & comode rationari refert: circa
vnūquodꝝ eorū q̄ emergūt neꝝ appe
titib⁹ efferrī: negligereꝝ vana cūcta & stulta
que ex cupiditatibus oriri solēt: ad peragēda
opportuna: mēsura quadā deduci. quē statuz
vt adipiscamur: deum implorare oportet:
Huic annuens: inquit ad sequentem

Que sit hospitalitatis remuneratio

Sonib⁹ iquit equus existēs: q̄ acceperis
maiori etiā fenore accumulata reddide
ris: ita vt ī hospitalitate excellere videaris.
Nā & de⁹ plurimū huiles erigit & subiectos
homines diligit. Attestat⁹ huic ab alio petit

Que sint diuturna opera

Ille. Si magna inquit quis & veneranda
absoluat: adeo ut expectantes prop̄t ope
rum multitudinē & excellētiā illis abstineāt.
neq; quemq; pretermittat eoruz qui talia ex
poliunt: neq; idoneos aliquos ad ea pficiēda
impellat: que vsus poscit. Etenim de9 cūcta
cernens genus hominū donis accumulāt: pre
bens illis bonam valitudinem: & sensus & alia
huiusmodi quare & tu simile quid imitatus:
laborantibus calamitosiq; malorū vicissitudi
nem quietēq; tribue: Ea nāq; perpetua que
ex iusticia proficiuntur. Recte & hunc res
pondisse affirmās: decimum rogat

Quis sit sapientie fructus

Is non consciū sibi esse mali respondit
& vitā ī veritate transigere. Ex his enī
maximū gaudium & aīmi voluptas gignitur
prestātissime Rex & spes in deo optime tibi
pie regnāti aderunt. His auditis: cūcta ea
multo applausu approbarunt. Post hec Rex
multa leticia plenus ad propinandū vertitur.
Postridie uero ubi ex consuetudinē thoris oēs
discubere: Rex sumpto tēpore eos qui sup/
erāt interrogat: a primo eorum petēs

Quo nāq; modo quis in

superbiam non extolliatur

Respondit ille. Si equalitatem seruet: &

33
singulis in rebus sui ipsius meminerit. reuoluens
animo: ut homo hominibus presit: utque deus
deleat superbos: mansuetos & huiles extollat.

Hortatus hunc. ad sequentem ad dicendum mouet

Quis consultoribus utendum sit

Is ait: qui multis in rebus versati summam
erga se beniuolentiam seruent. atque mori-
bus sint tui similes. Sed dei claritas ostendit
qui sint huiusmodi digni. Laudans & hunc:
Ab alio postulat.

Quid regi sit maxime necessarium

Subiectorum inquit amor. & dilectio. Per
hoc namque insolubile beniuolentiae vinculum
textur. Deus enim ea perficit: quae recte eli-
guntur. Huic annuens: alium diffinire hortatur

Quis sit rationis finis.

Tum ille: proposito ait de quo dicendum
sit: aduersario persuadere diluendo con-
traria. & inepta ostendendo. Sic enim in offeso
currens pede finem multa laude assequetur
Sed dei opere dirigitur persuasio. Bene &
hunc dicere testatus: alium interrogat.

Quo modo multis in regno
populis se accomodet.

Si decenter cuique distribuerit inquit: Iusti-
tiamque quemadmodum facis ducem se-
quaris prebente deo tibi recta discernere.
Congratulatus huic: ad alium dixit

In quibus est tristandum

Ad hec ille respōdit: In amicorū aduersis
quādo quidem diuturna ea ineuitabilia
cernim⁹: que ve. calāitatib⁹ opertos iterimāt
Nam in his mestitiā nulla rō leuat. si de his in
quib⁹ desperam⁹: neq; quicq; in his vtile inue
niam⁹: mortales oēs cōtristantur. Malū vero
aīo effugere diuine potētie est. Sic illi respon
dendum fuisse testatus: ad alium trāsit petēs

Quare quis inglorius sit

Respōdit ille: Si quādo supbia quis duct⁹
exaspereēt. Vituperationes tunc subeūt
& glorie priuatio. Nam de⁹ toti⁹ glorie dōa
tor: eam quo vult declinat. Hoc collaudato:
alium exinde respondere velit precatur:

Quibus seipm credere oporteat.

Is qui tibi beīuolētia ita afficiātur īquit
vt neq; timore: neq; cupiditate vlla: lu
cro ve tangantur. Amoris vero signum diffi
culter apparet: & tēporis obseruatiōe idiget
Naz qui diuitiis intendit: natura proditor ex
istit. At tibi omnes tui amatores adsunt:
deo tibi recta consilia prebente. Prudenter
& hunc dixisse dicens: alium rogat.

Quid regnum conseruet.

Ille cura & meditatio respōdet. Ne quid
ab rerū prepositis male agatur: cōmitta
turq; in plebem: quēadmodum facis: qui tibi

34
deus prestantem intellectum prebeat. Hoc
laudato deinceps petit

Qua re gratia honorq; seruetur
Virtute ille inquit. Ea .n. pulcherrimorū
operū pfectrix: malū cōculcat. quemad
modū & tu quidē excellētē erga oēs bonitate
obseruas quod diuino tibi munere prestatur
Gratia multa huius quoq; dicta recipiēs: Vn
decimuz inde quoniam duo & septuaginta su
pererant: vt respondeat postulat:

Quo modo in bellis quoq;
animo pacifico se habeat

Si proposueris animo ait nihil perperā
a tuis ducibus cōmitti. verū oēs de vir
tute inter se certare. quoniā eam spem animo
fixam habeant: te suarū rerū curā gesturum
si illos vite cedere contingat. Non enim tristi
cia afficeris: quoniam quidem cuncta diuino
munere recte disponas: prebente deo tibi bo
na sapere. Hic omnes plausu suscipiens: leti
cia effunditur: ac cuiq; propinans: cum iis diu
tius oblectatur. Septima vero die splēdidiori
apparatu q; plures e ciuitatib9 legationes ad
essent: conuiuio instructo Rex per occasionē
ad eos versus: qui nundum sentētias dixerāt
eorum primum dicere monet.

Tquemadmodum recte rationetur.
Ille. Si tecum iquit reputaueris: & dicta

ipsa & a quo dicatur: ac qua quisque de re loqua-
tur eademque multo prius tempore variis modis
perquisieris. Nam ingenii acumen ad discer-
nenda queque queamodum & tu possides
Rex dei pulcherrimum est donum. Ea ap-
plausu approbans: Rex alium postulat.

Propter quid est: quod plerique
virtutem non assequantur.

Hic ille: Quonia natura ait mortales oēs
incontinentes & ad voluptates pronos
finxit. Ex quibus iustitia gignitur & auaritie
cumulus. virtutis vero status alto loco fixus
eos maxime prohibet: & reiicit: qui volupta-
tibus deuincuntur fortitudinem namque & in
iustitia potissimum colendas iubet: quorum duc-
tor & largitor deus est. Recte & hunc res-
pondisse asserens: ab alio petit.

Quid Reges potissi-
mum sequi oporteat

Respondit ille leges. ut iustis operationi-
bus mortalium vitam regant. queamodum
& tu peragens: per hanc tui memo-
riam fecisti. diuina precepta sequutus. Hoc
collaudato: sequentem rogat inquiring.

Qui magistratibus
preficiendi sint.

Ille quicumque iniqua odio habent: ac tuos
imitatur affectus. laudumque dulcedine

tracti iusta semper ad adipiscendam gloriam
operantur. Quod & tu perfecto rex quando quidem
deus iustitie coronam tribuit assequeris. Et hunc
voce approbans: ad alium versus poscit

Qui sint iudices eligendi

Qui fortitudine & iustitia excellat: iquit
quique hominum salutem cruenti victorie
anteponat. Nam & deus bona ad omnes operatur

Quem tu sequutus: bonis afficis subditos tuos

Huius responsum laudans: querit inde

Qui vir admiratione dignus sit:

Ad ea ille. quicumque refert gloria diuitiis
& potentia exuberans equam tamen erga omnes
mentem habeat: Quomodo & tu talem
te gerens omnibus admirandus existis. Deus enim
in hac cura te ducit. Annuens huic ad alium dixit

Quibus in rebus Reges

diutius versari debeant.

Tum ille in rerum gestarum cogitacione ait: In
legibusque incubentium operum libellis propriis
plurimum assumere oportet. Et quecumque ad con-
sideranda regna: emendandosque hominum mores
scripta sunt perquirere: quod tu cum studio
peragis. Deusque consilia tua secundet: excel-
lentem supra alios gloriam optines. Gestans
huic: iubet ut inde ordine alius dicat

Quid per oculum agendum sit

ne inertia torpeas

Ille ad hec. Considerandum est ait. multa cum diligentia: quecumque in mentem veniunt & ante oculos vite formam & ymaginem proponendam. tum qua queque vi perfecta sint considerandum. Est enim & in his decem suum & eruditio quedam nam & sepe in minimis egregium quiddam elucet: quod eligas. Tu vero quando bonitatem tibi deus suffecit: elegantiam omnem propter philosophandi studium amplecteris. Hunc extollens dictis nonum petes: dic ait

Quomodo in conuiuibus
transigendum sit

Is discendi cupidos assumendos esse refert & qui regni negocia meminisse possunt & principum vitas narrare. His namque suauis nichil: neque iocundius inuenies. quoniam hi quidem ad eruditionis pulcherrima queque instructi: deum venerantur: Quod tu profecto facis cum presertim cuncta tibi deo fortunet. Huius responsa laudans: ab alio querit

Quid potius sit populis: An priuatum quempiam Regem sibi constituent: An vero ex Rege gentium Regem sequantur.

Respondit ille. Id quod nature decretum est. Etenim cum Reges ex Regibus orti insuaues & asperi erga populos habeant longe magis & qui a priuato loco ad hanc magnitudinem

36
vebuntur: quando & pauperiem & duros labores experti sunt: truculentiores impiis tyrannis euadent: vi quadam subiectis imperantes. Verum vt supradictum est: mos optimus & institutio communis valentissima ad regnandum est. Quemadmodum tu Rex magnis imperas. Nam non tantum gloria & imperio & diuitiis excellis: quantum mansuetudine & dignitate. vniuersos dei munere allicis diutius. Et hoc collaudato: versus ad vltimum: Et tu dic inquit.

Quid sit in regno optimum.

Tu ille: In pace inquit semper populos continere: atq; in causis peragendis q̄to tius recte diiudicare. Hec per principem fiunt: quando malis exosus. bonos diligit. Pleriq; existimant: si hominis animam saluam reddat. sicuti & tu: qui hominis necem summum ducis scelus. cunctaq; iusticia moderas perhennem gestorum tuorum gloriaz exornas. Cum deus tibi liberam a malis mentem omniq; labe exemptam illustrauerit. His simul dictis: ingens plausus attollitur: cuncta leticia & gaudio diutius complentur. Sed vt sunt facta silētia tectis: Rex craterem mero statuens propinat & his qui sententias dixerant: & presentibus omnibus: atq; ita exorsus Maxima michi inquit vestra presentia adflu

xerunt bona. Nam & plurimum commodi
vestris responsis & doctrina ad regendum
attulistis. Hinc tria cuiq; talenta argenti: &
puerum qui ministravit donari instituit. Ea
approbantibus vniuersis & applaudentibus.
leticia & gaudio conuiuium effunditur. Re
ge ante om̄s festiuissime salutato plura equi
dem de his dixi. Philocrates hominum sapiē
tie affectus. Mirabar namq; viros sic ex tem
pore ad proposita queq; tam accomodate tāq;
elegantē respondere potuisse. Cum prefer
tim questionēs huiusmodi diuturna medita
tione perquisite fuerint. & qui interrogabat
multa prius cogitando singula proponeret.
Et illi ex tēporaneis responsis ita iter sese cō
uenerunt: ac si de his consultassent: Quapro
pter admiratione digni visi sunt: quom̄ mihi:
& presentibus omnibus tum maxime philoso
phis. Verum enimvero legētium hec fidem
excellere arbitror. & maiora videri: q̄ quisq;
credere possit. Sed quare ipsum falsum adii
cere voluerim: cum eadem & in regis monu
mentis cerni liceat. In quibus nil minimum
pretermitti summo sceleri ducitur. Vera
igitur atq; vt singula gesta sunt: omni prors⁹
errore abiecto referimus. Quam re quo ve
rius singula teneremus: ea diligentia vsus sū
vt assumptis regis actis ī quib⁹ gesta Regis

37
dicta quoque & responsa conuiuiaque referuntur. Nam hec ex illis imitati sumus. Mos est etenim quotidie quemadmodum nosti: ex ea diei hora qua primum Rex responsa dare ceperit: usque dum somno quiescat singula eius dicta gesta facta litteris demandare. Rem profecto utilem: & recte institutam: ut cum prioris diei responsa & acta releguntur: si quid minus comode gestum sit: emendari possit. Igitur cuncta sicut diximus regis monumenta diligentius perscrutatus: hec ad te idcirco transcripsi. Quoniam intelligerem quatenus opere bonarum artium desiderio teneris.

Post tres vero dies: quae ea gesta sunt: Demetrius viros in maris insulam deducit. transmissosque aggere septem stadiorum pontem transgreditur regionem inde que ad boream vergit petens: ad preparatum concessum venit domus erat supra littus parua decem ornata: & que multo silentio quiesceret rebus omnibus ad vite usum elegantissime dispositis. Illic eos ad pagedum temptationem hortatur viri singula inter se differendo consonum quid edebant. Rursumque ex his in quibus habenda seruabant: que digniora elegantioraque videbantur. Extendebatur vero concessus huiusmodi & disceptatio ad nonam usque diei horam. soluto huiusmodi consilio: ad curanda corpora discedit. Et

enim vt prediximus cuncta sumptuosissime
prebebantur. Nam & quecunq; per singulos
dies Rex preparabat: eadem in his dorothe
us cui ea cura demādata erat: studio asseque
bantur. Ad hec quotidie Regiam aulam
inuisabant: vbi Rege consalutato ad consueta
loca diuertunt: atq; vt mos est iudeis omni/
bus: manibus prius in mari lotis: deo preces
effundunt. Lectioni inde & rerum interpre
tationi operam dant. Interrogauī equidem
& illud quoq; cuius rei gratia quom vota face
rent: manus prius lauarent. Querenti talia
demonstrarunt illud testimonium esse: ne
quid perperam agant: sed pie cuncta sancteq;
perficiant quando quidem vniuersa opera
manibus exerceātur recte singula ad iustitiā
& veritatem sicut prediximus referentes.
Igitur viri & loci scilētio & quieti habitū. mag
naq; vbiq; rerum amenitate splendore tradu
cti proposituz opus expoliunt. Euenit autem
vt duobus & septuaginta diebus quasi e com/
posito inter sese factum fuisset: perficere/
tur hui9modi scripture interpretatio. Enim
vero Demetrius rebus rite peractis: omnē
iudeorum multitudinem in eundem locum
vbi interpretatio perfecta est aduocat. rem
omnem a principio edocet: presentibus inter

38

pretibus. qui ab vniuersa multitudine maxis
gratiis & laudibus prosequuti sunt. Quippe
qui prestantium bonorum causa extiterit ex
inde demetrium venerant: oratq; vt legem
huiusmodi transcriptam suis principibus per
mittere velit: donec eius compositionem con
sideret. Igitur dum lex cognoscitur: adstantes
interpretum seniores: vrbiumq; legati: &
multitudinis principes: vna ones obtestatur
Recte sancteq; vnumquodq; interpretu esse
beneq; sese habere. si sic permaneant: neq; vno
quidem permutetur. **A**pprobantibus ea om
nibus: & rogationi applaudentibus iubet **D**e
metrius: vt pro eorum consuetudine interp
tentur. si quis vel addere vel mutare trans
ferre delere ve audeat quicq; ex his omnibus
que scripta sunt. quom vniuersa hec rite ex
pleuissent: vt perhennis illa sit sempq; seruet
adiurat eadem vbi & illi leto plausu exopta
runt: **R**egi maxime gratificatus est: q; dema
datu sibi munus egregie abiisset: traderetq;
perfectum hic **R**ex post vbi studio cuncta ex
plorat: discitq; legislatoris sensu quosq; longe
admirat: ad demetriu ait: vt fieri potuit: qua
do talia hec tanq; perfecta sunt: q; historicoru
aut poetarum nemo ea sibi assumpserit: **T**u
ille quom ob venerandam legis institutione

refert: tum quia deus prohibuerit. Nam qui
dam tantum opus assumere ausi: mox diuina
ultione percussi: consilio abstinere. Testatur
q̄ inde se audisse Theopompum. quoniam
ex lege secretiora quedam in historia audati⁹
transferre conaretur: supra triginta dies mē
tis turbatione correptū qui cū per morbi it̄
ualla deum implorasset: ei manifesto p̄ isom
nium demonstrat⁹ est: ea gratia id sibi conti
gisse: q̄ diuina peruertens in vulg⁹ proicere
temptasset. Quibus visis: emendatis: & mēti
redditus est. Equidem & ipse comperi apud
Theodotum tragediarū scriptorē se lumib⁹
captum: dum quedam ex huiusmodi libris in
suum poema transferre vellet. verum vbi eā
esse cecitatis causam animaduertit: deum plu
res orasse dies: atq; ita restitutum ait. Tum
Rex obtestat⁹: hec a Demetrio perpulchre
dici adorat: Iubetq; vt in seruandis custodien
disq; ab omī macula libris summa exhibeatur
cura. Exin interpretes perbenigne alloquēs
vt cum in iudeam venerint frequēt⁹ ad se cō
meare velint: hortatur. Equū ē enī iquit: vt
nūc p̄ digitate domū deducāt. Si uero redie
rīt. amicos illos sicut phas ē habiturū: & ma
gis isup mūerib; ornaturū pollicemur. Mox
hominum reditus paretur imperat digna sui

39

magificēciā erga eos vs9: eteni s'igulos tribus
iclitis stolis dōat. Additq; p'terea auri talenta
duo; craterēq; prestātē talēti pōdo vnus. Ad
dit oēs diuersorii ornatū. Mittit ad hec Elea
zaro thoros decē: argēteis pedibus suffultos.
Cū his oib; reb; q; ad illorū dec9 exquirūt. Ali
a isup talēta trigita: stolas decē purpurarū: co
ronāq; decētē. Tunicas bissinas ad cētū: & phi
alas: & pelues crateresq; aureos ad libāina du
os Iris: deīde suis eū exorat9 ē: ne hoīnes phi
beret: si quādo eorū quispiā ad se redire mal
let. Nā cū doctorū virorū consuetudiēs face
ret: in his cōsequēdis opes suas nō quidē vāis
in reb; vt prodigi s'ūptuosissime elargiebāt.
Habet tu polocrates munus quod polliciti su
m9. In quo legēdo maiores p'fecto te volup
tates capturū arbitrar: q; si i' p'currēdis fabulo
sarū rerū libris oblecteris. Quom p'sertī ma
gnorū gestorū exercitatōe i' quo quidē diuti9
versaris i' geniū exacuas. Quapropt' enitar
digna queq; ad te deiceps p'scribere vt prestā
tissimarū rerū i't nos a moris certamē excite't

Vale

Finis Aristee ad polocratē fratrē de i'tptatio
ne Septuagintaduorū i'terpretū p' Mathiā pal
merium pisanum e greco in latinum versū:



Tabula ineriorum quaternorum libelli.
Aristee super translatione septuaginta
duorum interpretum transferentium
bibliam ex hebraica lingua in grecam
ad instantiam ptholomei Regis Egypti

Primum vacat	& regantur
paulo	referens quem
vale. S.	Illis & vite
impetu ducaris	tribuit Approbans
Nos differuimus	quonam modo
elizeus	& vigilans
quocunq; modo	Singulis in rebus
edera assurgit	deus prestantem
Multitudine abūdat	tracti iusta
illis est studium	vehuntur

Impressum opus Anno. M. cccc. lxxiiii. die
viii. Februarii Neapoli. per Arnaldum de
Bruxella . . .

Huiusmodi opuscula Quattuor. P. Mich.
Carbonellus Regis Archinarius do
no dedit. P. Michaeli Carbonello
Scholari adolescenti nepoti suo ex filio.
die sabbat xxviii. Julii Anno Chri
sti M. D. Nono. Ferrando. 2.
foelicitate regnante;

En istis versare quate meliore facit

Pen


2024





intentiona


Gulgenia

2 III ————— stem obfurore legis 2 II









80

INSTITUT
D'ESTUDIS CATALANS

BIBLIOTECA DE CATALUNYA

Núm. 42.827

Armari Inc. 61

Prestatge -64

